Nota q̄ si testator fecerit pluā legata
inter q̄ vxori legaueat si postmodū dicat
q̄ vult q̄ omnia legata duplicētur Nā
ap̄ h̄ videt̄ voluisse q̄ dos duplicetur
vt est tex. ff. de le. ii. l. lucius in magna
Nota q̄ vbi aliq̄s se §. impuberem
obligat tāq̄ fideiussor sumit̄ q̄ videt̄ ob
ligatus p̄ toto debito qd̄ debebat vt ff.
de fideiussō. l. si quis pro eo. §. si nūmos.
Itē nō. q̄ marit⁹ non potest condēpnāi
nisi inq̄tum facere potest vt est tex. de
re. iudi. l. nūcium. cum. l. sequenti Vnde
si sit talis qui possit operari et opere suo
possit victum lucrari nichil debet sibi re
mitti vt nō. ff. solu. ma. l. si maritus.

Nota q̄ si sit controuersia inter dominū
et subditum. Iudex domi agnoscere nō
debebit. quia graue esset sibi cum domi
no vel subiecto domini litigare. vt nō. ff.
de offi. preli. l. senatus. Et videtur no-
tari in auct. vt hñ qui obli. phi. mi. §.
vt autē non demus super verbo hostez
Nota q̄ mulier vel mior admittitur ad
allegandum causas absentie vt nō. ff. de
pro cura. l. huus q̄qz. §. publice in fi. glo
Nota q̄ si ego fideiussi p̄ aliquo qui de-
bet recipere pecuniaz a ticio. si anteq̄ ti-
cius numeret sibi denunciem q̄ pecuni-
am non tradat quia forte factus est non
soluendo si postmodum numeret non te-
neō. ut nō. C. de procura. l. ticius et de fi-
deiusso. l. si fideiussor creditori
Nota q̄ si ego scripsi debituz. si postmo-
dum soluam conditione indebiti repete-
re potero vt ff. Rem ratam ha. l. si.
Nota q̄ si alicui causa simpliciter sit cō-
missa non videtur cōmissa sententia sed
solum cause cognitio vt nō. ff. de procu-
ra. l. procuratorem.
Nota q̄ si fuerit aliqua causa delegata
et anteq̄ lis coram isto delegato conte-

Actur delegans fuerit mortuus si dele-
gatus ignorans procedat in cā non va-
lebit processus. vt nōt ff. si cer. pe. l. ei⁹
qui in pūcia cē. prim. sup. verbo igno
Nota q̄ si ego soluo debituz rasset
scienter licet non possim repetere condi-
tione indebiti. l. i. tamen p̄ conditionē si
ne causa optime repetē possum. vt nō. ff.
man. l. si fideiussor. §. in omnibus Et nō.
aliq̄ tulum ff. de condi. et demonstra. l.
ticio. fundus si in aliam

Nota q̄ non est licitū michi deierare p̄
solutione alterius vt in decre. xxii. q. ii. c.
i. et c. ne quis arbitretur.

Nota q̄ si vnus de fratribus habentibus
bona patris ex dote vxoris sue aliqd̄ ac-
quisierit non tenetur conferre vt est tex
ff. pro so. l. cum duobus. §. si fratres. al.
est. l. p̄ se et in feud. de duo. Fra. de nouo
benef. inuesti. c. vno Et ibi est tex. Qd̄ si
acquirat aliq̄ de bonis cōmūibus q̄ illa
non habeat cōicare nisi cōmūi nomine

Nota q̄ p̄curator constituz emissit
tus per aliquem in aliq̄ causa si lit̄ con-
test. constituēs moriat̄ nichilomi⁹ pote-
rit p̄curator lites finire vt nō. C. de adz

ministra tuto. l. si. §. i. sup. vbo procurator
Tamen secus esset si lis esset integra. vt
ff. de acqui. here. l. qui seruum. §. si quis
alicui insti. man. §. penul. ff. de proba. l.
Nota q̄ testatō potest p̄ post litem
mittere legatario q̄ legata p̄pria aucto
ritate recipiat vt nō. ff. de le. n. l. ticia. §.
Nota q̄ licet in cā criminali lucius
non admittat̄ p̄curator vt in l. penul. §.
ad crimē ff. de pu. u. di. Tamē si sit cā ap
pellacōis optime potest vt nō. in decre.
Nota q̄ si fuerit corā n. q. vi. c. si qm̄
aliquo Iudice cautio p̄stita desistēdo in
iudiciū quādo non potest recusari vt nō.
in auct. de exhi. et introre. §. illud sup. v
Nō. q̄ licet ante vbo caueōis coll. v.
lit̄ cōtestationez q̄s debeat recusare Ju
dicē vt. C. de iudi. l. aptissimi tamē ex no
ua causa supueniēti ipsū optime potero
recusare vt nō. C. de cōsor. eiusdē lit̄ l. ij.
Nota q̄ licet proximior non debeat in
teruenire in causa criminali tamen si in
teruenit et causā duxerit bene tenet p̄ces
sus vt nō. C. de adulte. l. q̄uis in p̄n.
Nota q̄ restitucō in integroz potest op
poni per mod̄ excommunicacōis vt nō.
ff. de Jure iuran. l. nam postea. §. si mios

8
ff. ex qui. cau. maio. l. necno. §. exēplo.
contra quas glo. videtur textus ff. de ex
Nota q̄ si mulier cep. l. exceptiōes
detulit Iusurādū viro et ip̄e iuravit q̄
non erat eius vxor postmodū si possit ap
parere de cōtrario postea Et hoc quod
dixi in matrimonio h̄z locū in causa mo
nach. a. cōmis si mōch⁹ iuret se nō esse mo
nachum et hec omnia nō. ff. de iure do.
l. in. §. i. super verbo agitur

Nota q̄ licet in donatione q̄ e. cedit fū
mam quingētorū aureorū req̄rat̄ insinu
atio vt. C. de dona. l. sanctimus. tamen in
donatione q̄ fit bene merito non req̄ritur
vt nō. ff. de dona. l. acquilius regulus et
ibi glo. q̄ licet Iudici nō possit dari qm̄
in. l. repe. tamē si sit bene meritis opti
Nō. q̄ in emācipatiōe me dari possit
requiritur decretū. de nēitate vt est. C.
de offi. p̄si. l. i. Iusti. qui. mo. Jus pa. po.
solui. §. preterea. C. de emā. liber. l. in.

Nota q̄ minor non potest facē procura
torem ad negocia sine auctoritate curas
toris vt ff. rem ra. habe. l. cū minor in p̄n
Nota q̄ si minor conduxit aliquam do
mum et inferat aliqua bona ibi q̄ illa
tacite non sunt obligata

quod si esset maior bene essent obligata
tacite vt nō. ff. de pac. l. Itē cōuēcōes
Nota q̄ si filius petat quantā partes in
quacūq; parte minima non debz audiri vt
C. quan. et a qui. quar. pars in bo. decu.
debe. l. iuncta circa p̄n. et. C. ad. l. fal. l.
ij. licet contrariū videant̄ notari in. l. fi.
Nota q̄ si sponsus te= e. ti. circa p̄n.
neat sponsam in domo sua q̄ lucrat̄ fruc
tus dot̄ quod nō. C. de do. p̄mis. l. ij. licz
contrarium notet̄ ff. de iure do. l. dotis
Nota q̄ si filia nolit contra fructus
here cum illo quem sibi pater elegit dū
tamen sit dignius ea pater potest iuste
eam exheredare vt nō. ff. de spōsa. l. sed
Nota q̄ muicipes pos̄ hec q̄ patris
sunt facere statutum. vt quicūq; intras
uerit vineā vel aliqd̄ fecerit sile soluat
decez vt insti. de iure na. gē. et ci. v. Jus
autē sup̄ verbo vsu. et ff. de capi. dimi. l.
tutelas. C. de noxa. l. ij. ff. de p̄uile. cre. l.
anthocēsum. ff. de Regu. iur. l. nec ex p̄
torio. Nota q̄ Iudex ex off̄o suo pos
test dāe cuātorē boīs alicui. si videat eū
bona dissipareposito q̄ ab aliq̄ non pe
tatur vt nō. ff. de cura. bo. dā. l. ij. cē. p̄n.

1
Nota q̄ debitor qui dōlose bona aliena-
uit et sic factus est non solvendo non li-
beratur cedēdo bonis vt ff. que in frau-
dere l. si. et in auct. de fideiusslo. §. Rex fu-
per v̄bo ceditur colla. i.

Nota q̄ in libello non possunt due acti-
ones simul poni vt nō. ff. de tribu. l. quod
in heredē. §. eligē tamē si actor sit inces-
tus ex facto rei potest duas simul apo-
nere protestādo q̄ ex vna illarū duarū
vult ius suū consequi vt ff. quorū le. l. i.

Nota optimam glo. §. qua actione
qualiter negatiua probetur ff. de iure
pua. l. et hec interdicto in fi. magne glo.
et in auct. de here. et fal. §. si vero absūt
sup v̄bo h̄red et. C. de testa. l. non codi-
cillum. et meli⁹ in c. bone in magno. ep̄.

Nota glo. q̄ si aliq̄s de elec. in glo.
dum habet vxorem. habuit rem cum az
liqua muliere ex qua filium pcreauit si
postmodum vxore sua mortua cōtrahat
cum matre istius filij non propter hoc
iste filius est legitimus p̄ matrimonij
subsequētis vt nō. in l. i. de nup. §. si. sup
verbo interdictum.

Nota q̄ si filius sit preteritus potest re

Stamentum patris dicere nullum al' nō
vt. C. de inoffi. testa. l. si filius

Nota q' si pater est rogatus restituere
hereditatē filio q' pater potest retinere
quartā sicuti quilibet exiens vt est tex.
C. ad trebel. l. Iubemus in n. dicto

Nota q' Iudex vel arbiter non possunt
esse testes de hīs q' acta sūt corā eis vt
nō. C. de arbi. l. n. §. si autem scriptura.

Nota q' in crimie notorio non est dādō
aduocat' accusato. vt est tex. C. de defē

Nota q' fideiussor non de cui. l. p. oia
bet cōueniri anteq' principalis si tamen
principalis sit non soluēdo potest primo
fideiussor cōueniri vt nō. ff. de verbo ob.
l. in dotem ff. si cer. pe. l. si. C. de fideiuf
so auct. pñte et ibi per bar.

Nota q' si ego emi rē vtputa fund. et p
misi q' nō facerē sibi domū sub pena. q'
si postmodū fund. vendo et emptor domū
faciat ego nō teneor nec etiā emptor vt
nō. ff. de alie iudi. mutan. cau. fac. m. l. in

Nota q' in donatione ppter §. opus
nuptias que excedit sumāz quingētorū
aureorū requiritur ininuacō vt est tex.
C. de dona ante nup. l. si. ec. si.

Nota q̄ sicut si debebā tibi certa die pe-
cuniam et ante petā duplicātur inducie
Ita etiam si debeā sub cōdicōe duplicā-
tur inducie si ante petā vt nō. ff. si cer. pe.
m. l. si pecuniā m. fi. et ff. de pig. l. grege.
Nota si duo fideiuf. §. sub cōditiōe
serūt pro aliq̄ recipiēti pecūias mutuo
si postmodū iste principal' mittat pecuni-
am vni fideiussori si creditō agat contra
illum qui pecuniā non habuit quia for-
te principalis debitor non erat presens
potest opponē q̄ agat contra illuz. qui
habuit pecuniā vt nō. ff. coma. l. querit̄
sup v̄bo absolui Et est glo. additionalis
Nota q̄ fiscus habz tacitas p̄pothecas
in bonis delinquētis vt videtur notabilis
lis glo. ff. de pac. l. rescriptū circa prim.
super verbo p̄pothecas: licet cōtrarium
notet glo. q̄ communē reprobat̄ de pe.
Nota q̄ si ego agā con. fis. cre. l. vna
tra aliquē et q̄dā qui non erat p̄curator
compeat p̄ ipso et ego exapias q̄ ipse
non habeat mandatum si iudex p̄nunciat
et ipsum fore procuratorem q̄ reuera
non erat procell⁹ factus cum eo nō va-
let vt videtur tex. ff. quod cum fal. tu.

act. lit. l. i. §. Idem pōponius al. est p se
Nota q̄ si pat̄ pmittat filio donare cau
sa mortis tamē si donet patri vel suo ip
sius patris nō valz vt nō. ff. de ac. tu. l. i.

Nota q̄ si sum citatus coram aliquo Ju
dice et forte sum impeditus vi fluminis
vel tempestatis vel aliqua iusta causa
et non possum hec probare debet credi
suo proprio iuramento vt est tex. de ex
cusa. tuto. l. scire oportet lit cum quis

Nota q̄ delinquēs pro q̄cumqz delicto
non debet extrahi ab ecclesia nisi p cer
tis cōmibus vt nō. C. de hīs q̄ ad eccle.
confu. l. in. licet contrariū. nō. q̄ ymo p
quocūqz vt in auct. de man. p̄n. §. neqz
autem homicidas.

Nota q̄ si aliq̄s fecit secundū terminūz
in quo nullā mentionē fecit de p̄mo. q̄
nichilominz legata facta in p̄mo viden
tur reuōta vt ff. si in p̄i q̄ per. le. falci.
l. in. §. si legat⁹ No q̄ executor nō ha
bet necē tenē de bene distribuēdis. boīs
vt est tex. si cui pl⁹ q̄ ple. fa. l. diuus

Nota q̄ consuetudo ciuitatis debet ser
uari in caltris ac locis circumuicinis vt
ff. de postu. l. ex ea et est textus cum

glo. in auct. qui mo na effi. in. §. si quis
igitur coll. viij.

Nota qd si aliquis habet studentem pa-
risius. et meriti causa vitandi filium et ali-
quis illic conueniat cum quia patria est
comunis sicut roma habet ius reuocandi
di domuz. vt no. ff. de iudi. l. i. in fine glo.

Nota qd si aliquis fecit citari coram de-
legato principis. et locus principis et lo-
cus vbi debeo comparere est periculosus
michi quia forte in illo loco tute venis-
re non audeo propter inimicos meos co-
ram eo non debeo comparere vt no. ff. ex
qui cau. l. iij. in fi. ff. ad tur. l. de etate vbi
est similis glo. pro quo facit ff. de lega.
l. sciendum §. si excusaco et ex. de rescip.
e. Statutis li. vi. et ex. vt lit. contest. c.

Nota qd de iure civili deci ad sedem
ma bladi agnorum debentur. nec sacer-
dos tenetur recipere agnum pro decima
infra mouem dies vt no. ff. de vbo. ob. l.
Stipulatio ista. §. inter cetera

Nota glo. in §. qd obre al est v. in auct.
de te et ea que parit coll. iij. Qd filius
habet de bonis patris vltra legitimam
et vltra velle patris sed illa loquitur in

casu speciali Et sic est idē to^m in contra-
rium in auct. de defen. ciuita. §. iudicioꝝ
colla. in. q̄ victor litis condēpnat vic-
to in expēsis Sed regulare est contra in
l. apperandū. §. in auct. C. de iudi. Sed
quādo q̄libet actō est reus in culpa litis
est neuter condēpnandus in expēn.

Tex. est q̄ crimē falsi est crimē capitale
Nō. q̄ si pupill⁹ decedat sine herede q̄
tutō succedit tāq̄ primior et non fiscus
vt nō. ff. de regu. iur. l. qd̄ tutela. cō. fi.

Casus est q̄ licz sis michi obligatō ad
rem et partē michi solius q̄ adhuc in li-
bello. possēt totū petere ff. de solu. l. isti.

Glo. est q̄ quis auct. pulatus in fi-
toritate ap̄ria furē cape potest ff. de fur
l. interdictum. §. qui furē.

Glo. est q̄ clericus in enormi delicto po-
test puniri p̄ iudicem secularē. et hoc in
bons in p̄sona autē sua ep̄o puniendus
est. C. de epi. audi. l. aditos.

Glo. est q̄ si filius prouocat patrem ad
iram est exheredandus in sti. de adop. §.
naturaliter quod est notandum.

Casus est q̄ si accusando aliquē de ges-
nere meo cui sum primior ab intestato

possi, succedere ff. vnde cog. l. cognatis
Glo. est qd homines robusti non debent
petere elemosinam. ne debilibus pa-
nem auferat. C. de men. vali. li. x. bal. in
rubrica li. xi. glo. alle. cum concor. C. de
questo. c. p. et v. q. v. c. non omes. lxx.
di. c. i. Vnde dicit ipsa glo. sup matho iu-
stus feceris si iniuste petentem correpe-
ris qd si ei dederis. Nota contra illos q
ponunt he. ba. in pedibus et tibis vt appa-
reant infirmi de metha. li. ij. l. i. in glo.
quia tunc demum expese facte in iudicio
posset repetere si obtinuerit vt ff. ma. l. ij.
Glo. est qd si do. electione vt ipse eligat
p. inde est ac si ego elegisse. C. de iudi. l.
aperitissimi in fi. Nota casu. c. pati ex. de
ap. qd simplici assertioni fuentis statur
si dicat qd ipe citauit t. qd est speciale
Casus est qd dos data in pua pecunia no
debt reddi p. marituz. soluto mat. moio in
pua ymo. in bona vt no. ff. de. in do. l. res
et ex. de sen. c. olim in glo. Et est casus in
glo. qd possunt testari.

Glo. est qd si aduocatus vnius partis no
sit satisfactus de salario suo. qd possit di-
mittre parte et esse cum aduerario suo

aduersario suo. C. de aduo. fiscali. c. fi.
Casus est q̄ seruentes et p̄sonete ante
q̄ ad tale officium actendant teneantur
dare fideiussores et satis dare rem publi-
cam saluam fore vt. C. de p̄sone. l. p̄so.
Glo. est q̄ res ciuitatis de nete li. xi.
bent diuidi et tantuz debet habere paup̄
sicut diues et econtra ff. finiu regun. l.
de meo in prima glo.

Nota q̄ si aliqs seruiens qui vult auf-
ferre aima sibi q̄ resistens debet puniri
capitaliter vt. C. de h̄is qui ad eccle.
confu. l. in. c. fi. ar. C. vt lice. sic Judi. l.
Glo. est q̄ vnus de cō opprimendoz
silibus possit agē et conueniri. C. si vn⁹
ex pluri. m. l. i. §. fi. glo. tamen illa con-
traria. C. de decurio. l. p̄curator li. x. S;̄
dic q̄ absentibz vnus potest agere alijs
autem presentibz non. Pro concor. est
glo. in simili. C. de confor. eiusdem li. l.
finali super verbo potest.

Alle. glo. q̄ si filius instituat̄ per ali-
quem q̄ ille potest prohibere et patres
omnino priuare q̄ ex illis bonis nō ha-
beat legitimam suam quod est notādum
vt in auct. vt lice. ma. et am. coll. viij.

in principio super verbo precipiunt in fi
Tex. cum glo. q. offi ne magne glo.
ciarius regius vel pncipis non debet ve
nire seu hospitare in domo alicuius pri
uati. sed vbi est domus Regis. C. de offi.
rec. puici. l. finali. Et e ratio vt meli⁹ edi
ficia regia faciāt reparare vt ibi dicit tex.
Tertus allegat cum glo. q. minor pos
sit ferre testimonium in causa criminali
si aliter probare non possit licet de calūp
nia iurare non possit. C. de here. l. quo
mā in fi. Et ita nō. glo. C. de eden. l. ij. su
per verbo exhiberi. Nota bonam cau
telam constituendo procuratorem in iu
dicio Si constituas alium non faciendo
mentionem de primo primus erit tacite
reuocatus ita q. iste secundus si compa
reat semel in illa causa tantuz. et postea
compareat primus vsq. ad sententiam
non valebunt acta per ipsū facta vt est
ex. ff. de pcura. l. si qs cum pcuratorem

Expliciunt Casus speciales do
mini Amanelli de clāis aquis
legum excellentissimi.

Incipiunt Textus et glose singulas
res et speciales domini bar. bal. ange.
antho. de butri. ange. de areti. et salice
ti secundum ordinem librorum Juris ci
uilis Et primo. Codicis

Primus liber Codicis

Nota quando lex statuit et stat In si
milibus statuendo non facta mentione
de pena seu punicōne puta nemo vadat
de nocte Et non dicit plus tamē contra
faciens punitur ad arbitrium Judicis.
C. de sacro. sanc. eccle. l. nēo martires in
ar^m glo. singlaris q̄ non est alibi bald

Nota q̄ habens rem communem potest
ipsam rem de facto sibi diuidere in fi. In
oppositione hugollini. C. de sacro. sanc.
eccle. l. Tubemus in secund

Nota q̄ persona expressa in supplicatio
ne in concessione videtur Repetita tacita
presumptione C. de diuer. rescrip. l. i. et
non est alibi secundum bal.

Nota q̄ preceptum Judicis quod p se
facit parti vel nūcijs q̄ ad cām veniat
est sententia interlocutoriā C. de episco.
et cle. l. cum clericū. sup. vbo sentēciarū

in glo. Similem glo. habes in auct. de li-
tigio. §. ad excludendum coll. viij.

Nota q̄ ipso Jure processus per iudicē
excommunicatum factus est nullus. C.
de iure et fac. igno. l. i. in glo.

Secundus liber. C.

Nota q̄ res que p̄ continuū terminum
seruari non possunt nō dicūt seruādo ser-
uari posse C. si aduersus vfucapionē. l. i.
Idem in. l. fi. in glo. magna in q̄bus cau-
sis in integroz resti, non est necessaria.

Nota q̄ valet p̄missio omium bonoruz
facta seu collata post mortē. C. de pac.
l. fi. in glo. que non est alibi

Nota q̄ exceptio dilatoria obmissa in
causa p̄cipali non potest opponi in cau-
sa appellationis C. de p̄cura. l. ita demū.

Nota q̄ coram arbitro siue Judice or-
dinario debet libello dari in scriptis Et
interrumpitur p̄scriptio sicut coraz or-
dinario C. de arbi. l. p̄t in. §. fi.

Nota q̄ positioni Juris non est respon-
dendum C. de Juramen. calump. l. ij. in
glo. bar. in. l. omnes populi

Nota q̄ sollepmtas que exigitur in cō-
tractu eadem in districtu sez in transac-

tionem que est distractus. l. i. C. si aduer.
transac. in glo. valde notabili et singula
ri Et est textus valde singularis. C. de
predns mino. l. si resoluend. Fran. et bal.
Nota contumaciã nullam haberi in cri
minalibus pro confesso contumace. licet
sit secus in ciuilibus causis. glo. in l. ij. C.
de eden. Bar. tenet contrarium et male
ff. de questi. l. i. nisi istud per statutum
Nota qd remedioꝝ elec. exprimat.
tio est agentis vt. C. de transac. l. cum p
ponas Reuera electio est debetis vt l. ple
rumqz de Jure do. bal.

Nota qd verba nolo venire ad causas ne
dum sunt contumacie designatiua forte
dicta nuncio sed etiam totius Renunciati
ua. C. de pac. l. postq. loci quod est no
tabile bal.

Nota qd qui dominum nominat in iudis
cio debet venire in foro eius qui nomina
tur glo. est C. de hñs qui po. no. bal.

Tercius liber. C.

Nota qd vbi procurator concipit verba
nunc contractus est nullus C. si quis
alte. vel sibi. l. nullum secunduz glo. quã
ibi tenet bar. Et Idẽ in psoneta secundũ

Ja. de are. et profoneta partium non est
nuncius quod nota. bal.

Nota q̄ in criminalibus habet locū ac
tio ad exhibendum vt persona puta Fas
mulus vel domesticus. C. ad exhibi. l. ij. bal.

Nota etiam extra de testi. c. cum causaz
ibi glo. singularis quia Iudicium debet
probari per duos testes bar. bal. salice.

Nota q̄ nomen promissionis a teste p̄s
batum intelligitur de nuda promissione
C. de usu l. i. in glo.

Nota q̄ omnia que requiruntur in caus
se cognitione debent presente parte agi
tari vt in. l. in cause. §. cogita. ff. de mio.
C. si propter pu. pen. l. ij. in glo. super
verbo presente eo.

Nota q̄ per vicinos probat̄ de h̄is que
communiter in vicinia consueuerunt sciri
C. si quan. fiscus vel priua. l. ij. in glo.
angelus et non est alibi

Nota q̄ productio exempli si dico me
perdidisse originale. facit semiplenam p̄
bationem siue probationem ff. de Iure.
iuran. l. admonendi et tangitur de fide.
instru. in glo. l. sicut valde singulari.

Nota q̄ due semiplene p̄bationes etiā

diuersi generis puta vnus testis. Et con-
fessio facta parte presente vel absente
inducit plenam probationē. C. de pba.
l. proprietatis in glo. singulari q̄ non est a
libi bar. in l. admonēdi iux. fi. ff. de iure.

Nota q̄ si iustus habens cāz iuran-
discontinuas perditur tēpore duplicato.
vt in l. cū talis C. de sui. in glo. singulari

Nota q̄ condito ob cāz secūdum bar-
bue datur ad dotē repetendā putatiuaz
quando matrimonio non tenuit est sic p̄
uilegiata sicut si teneret C. de condi. ob.

cau. l. i. in glo. singulari quod est notāduz
Nota q̄ si area non potest habere euen-
tum nisi ex vna parte ipso iure seruitus
non tollendi altius est imposta C. de ser-
ui. l. cum talis. §. si. qui incipit cum autē
que non est alibi

Nota q̄ si aliquis lite non contesta. per-
errorem corā Iudice incōpetēti agendo
postea ex certa scientia ratificat contesti.
nullam C. vbi de crimi. agi. oppor. l. i. in
glo. que non est alibi.

Nota q̄ licet in cōtractu emptiois et
venditionis expresse sit actum q̄ non te-
neatur de euictiōe vendens. q̄ tamen re-

8
euidet a potest conueniri ad precium solum
cum in dubio est si agit ut neuter alteri de
euidetione teneat nullo modo potest ille cum
euidetur portio. habere regressum contra il
lum a quo facta fuit diuisio etiam ad partem
precij C. familiare l. si familie in glo. cir
ca medium. Et illa est in materia euidetio
nis que non est alibi. angelus.

Nota quod donatio inter vivos que a primo non
tenet confirmat morte computat in legitima
C. familiare l. filium que habet secundum
vnam lecturam azo. et non est alibi secundum doct.

Nota an dos computetur in quartam C.
communis utriusque iudi. l. i. Et non est
alibi secundum ange.

Nota quod Iudex potest agnoscere incidit de cau
de que principaliter aditus non potest cogno
scere C. de iudi. l. quies et non est alibi an.

Nota quod cum sententia transit in contrac
tu partis consensientis tenet illi stare quod
pronuncias nullas habeat iurisdictionem
C. etiam utriusque iudi. l. n. bar. singulare.

Nota interpretationem restrictiuam a
iure communi C. de noxa. l. n.

Nota glo. in l. si. C. de iur. doli.

Nota quod donatio facta filiis a patre confirmat

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
cm

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

morte etiam si patris non sit adita hereditas. C. familiar. in glo. l. filie.

Nota qd vagabundus ubicumq; debz habere domicilium in criminalibus. C. ubi de crimi. agi. oppor. l. i. in glo.

Nota quando fides dicatur esse habita de precio. C. de rei vendi. l. in. Similiter glo. et melior que sit in toto corpore Juris in illo puncto.

Nota modos probande possessionis vide C. finium regum l. si quis glo. valde notabilem ibi que frueram non potest Et vide notata in l. ticia de solu. bal.

Judicium debz probari per duos testes C. familiar. l. si. glo. super v. Judicis.

Sequitur quartus liber. C.

Nota qd nūcupat paria ydoneitas fidei iussoris si modo principalis sit multū ydoneus. C. de iure do. l. mulier in glo. singulari super verbo pstitisse quod nōt bal.

Nota qd omnis cessatio tribuitur dolo. vel late culpe. C. de he. tu. l. pater. nota glo. quia facit ad multa

Nota qd matrimoim legitimū postea sibi secutus non legitimat filios incestuosos vel tēpore phibicōis aut ante pgeitos

1
et eodem nunc probat dispensacō. C. de
nup. l. et si qua. glo. aurea et singularis
valde bal. ibi per h^c. l. si. l. speculus et. l.
Nota glo. que nunt q^m imperialis
donatione propter nup. dnium vxoris si
ne traditione transire vt C. de Jure do.
auct. donationem

Nota priuilegia prelacōis. est que dan
tur vxori repetēti nō datur marito agē
ti sine petenti C. de rei vxo. ac. l. circa pn.
glo. singularis quod est nōdignum. bal.
Nota q^d scolaris accipiēs mutuū. in du
bio presumit expēdere. cā sui studij C.
ad sena. consul. mace. l. si. Et nota glo.
que vult q^d pater cogatur per Iudices
ad emendum libros filio Et est glo. fuz
per vbo ptz. et non est alibi. bal. Et noz
ta ibidem q^d Remissio est donatio.

Sequitur quintus liber. C.

Nota q^d vir ex pacto vel alit^r lucrari de
bet dotē. et ante recepat eā sit solutū mi
nus potest tamē repetē vt sibi cōstatuat
et non stetit per eū. C. de dona ante nup.
auct. dos data in glo. si. valde nōbil. cuz
suo textu quia sepius consului. bal.
Nota q^d non valz pactū. lucrande dotis

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

mihi sit simul conceptum super lucranda
donatione propter nuptias C. de pac. cō
uentis auct. equalitas Ray.

Nota glo. singularē que vult q̄ etiam
non teneat donatio. facta per matrem fi
lie q̄ diu viuit maritus suus Idem. q̄ si
in pater C. de rei. vxo. ac. l. si constante.
quam cōiter doc. reprobāt q̄a cessat ra
tio qualiter olim erat prohibita et me
rito sed nichilomin⁹ teneam menti bal.
Nota q̄ tutor q̄ satis dare debz ante satis
datiōez non p̄t res pupilli satis dare vel
gerē nisi ea que sunt tēpore pitura. vel
nullum p̄iudiciū pitura. C. de tuo. et cur
ra. l. si. Et per hanc. l. dicit bar. q̄ sufficit
sciētia tutoris ad transmissionē iuris de
liberādi etiā si non satis dedit cum hec sit
tempe peritura. vel nullū p̄iudiciū pos
set ingerere Et de hoc ibi magnū festū
facit bar. quod nō in glo. singulari que
puleherrimam doctrinā dat inter cōditi
onem ob causaz et sine causa C. de dona.
ante. nup. l. p̄sidi. in glo. bal.

Nota glo. singularem. C. qui petant tu
to. l. in nepotibus q̄ priuacō p̄ter tute
lam non petita om̄ino non trāit ad vlt

teriolem in gradu non petentis sed ha
bet per se textū ff. ad cillepa. l. i. §. si vi
dendum licet bar. ff. qui pe. tu. l. i. tene
at contrarium. et male bal.

Nota q̄ priuilegia prelationis que dā
tur vxori petēti non dantur marito agē
ti siue petenti C. de rei vxo. ac. l. in prim^o
glo. singularis quod est nōdignum bal.
Nota q̄liter res probe ē libera nisi p̄bet
effecta vel obligata p̄ tributis fiscalibus
ar. p. q. i. c. licet Et etiā glo. que est no
tabilis q̄ ecclesia restituitur contra ecc
clesiam q̄a prefertur illa que tractat de
euietando in auct. si inuicē C. de sacro
sanc. eccle. bal.

Nota glo. notabilez q̄ si secularis inua
dat bona ecclesiarum ratione delicti sūt
de foro ecclesie quod est nōbile in auct.
Item nulla cōitas C. de epis. et ele. bal.
Textus est q̄ habentes minores ordi
nes non tenentur ad suscipiendum tute
las. vt m. l. presbiteros. C. de episco. et
ele. bal. quod est multum notabile

Glo. est multum notabilis in. l. angaria
q̄ quotienscumq̄ agitur ad penam que
pena applicatur parti tunc illa

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

dicatur causa civilis Et quando pena ap-
plicat filco tunc causa dicitur criminalis
Glo. est notabil' q' in notorijs nō est ne-
cessarius ordo Judicarius seruari vt in
l.ictus fuitum ff. de hns q' notan. mfa.
Tex. est multum notabilis q' ad ea que
frequentius accidunt iura adaptantur
vt in. l. legau. ff. de liber lega.

Glo. est notabilis in. l. properandum. §.
sin autez reus super verbo audiatur C.
de iudice q' ante litis contest. est locus
missioni ex p^o decreto

Tex. est notabilis q' filij debent habere
legitimam suam sine onere in auct. no-
uissima C. de inoffi. testamen. facit etiaz
in quoniam in prioribus e. ti. glo. dicit q'
corrigitur per auct. et illa glo. est vera
bar. et doc. Et approbata de consuetus
dine licet Richar. de saly. contra.

§. d. q' cessioi bonoz pt renūciari cū iura
mēto io. fa. i auct. ymo de acti. r obli. C

Sextus liber. C.

Nota q' si aliquis non vult vti vsucapi-
one sed p̄scriptione longi tēporis potest
Et est notabile C. de lenis fugi. l. i. secu-
dum ynaz lecturā Nō. singulari licz alie.

res mobiles vfuapiantur non autem p
feribuntur. l. in seuatorum. in qui. cau. ces
set lon. tempo. prescrip.

Nota qd si decedit vxor viro supstite et
filijs omnibus emancipatis ab eo aut ne
potibus vel deinceps vocabitur maritus
in vniuersalibus vsufz bonorum vxoris
vna cum decē. C. de bo. pa. l. si auia et nō
Nō. qd si fili⁹ est in iudicio si est alibi
ne consensu patris. quando extra ordinē
vel iudicis offō. C. qui admi. ad bo. pos.
possunt. l. i. et non est alibi

Nota qd quando ad rem legatāz plures
possunt concurrere. legatarij qd in nullū
recta vi a trāsit domini sed occupātis in
toto domio meli⁹ est cā alijs tamē super
uenientib⁹ facit ptē et sibi minuit lega
tum. p occupacōez sibi q̄litaz C. de cadu.
tollen. l. i. §. vbi autē singlaris est bal.

Nota qd Iudicium dicitur esse dispar in
ter pauperem et debilem et potentē. q̄a
debilis difficiliter reperit probacōes. C.
de car. edic. l. i. glo. notat valde in fi. bal.

Nota qd l. in cōtractib⁹ de non nu. pec.
cause reuocationē confessionis de recep
to non habet locum in vltima volūtatē

C. de fal. cā. l. i. vbi glo. notat valde bal.
Nota tex. q̄ iuramentū heredis potest
feri per procuratores ex causa iusta C.
de Jure deli. l. sanctum. §. si autem. hē
ditas. et facit idem vt inuentario tutorū
statuatur quod est nōdignum

Nota textum singulare q̄ de petitorio
ad possessorium transiri potest quotiens
l. ex causa suspendit ipsum petitorium.
C. de car. edic. l. i.

Nota q̄ dīmun. eracōes monetarum q̄ si
mutata moneta intell̄i de ea que curres
bat tempore litis cōtestationis C. de ser
uis fugi. l. quicūq; glo. vel viginti que
conueit glo. ex. de deci. c. i. bal. vide bar.
in. l. paulus ff. de solu.

Nota q̄ quando hereditas non potest
adiri ex testō propter errorem defuncti
in conuictione persone legata et fideicō
missa. simpliciter relicta debentur adue
nientibus ab intestato C. de fideico. l. eā
quam singularis est secundum lecturam
azo. communiter approbatam.

Nota q̄ ex intlocutoria sententia nasci
tur actio in factum C. de bo. q; libe. l. si
§. necessitatem Et non est alibi

Nota q̄ pat̄ non potest dāe procuratorē
ante lit̄ contest. super rebus filij in q̄bus
habet usufructum. C. de bo. mater. l. i. in
glo. posita super verbo procuratorum
Testator potest reittere tacite Jusypo
thece in testamento C. ut qui ypo lega.
l. ij. in glo. et non est alibi.

Nota q̄ legatum p̄ non scriptum tran
sit ad substitutū vel coniunctū cum one
re relictorum ad pias causas C. de cadu
tol. l. i. §. i. in glo. et non est alibi

Nota q̄ confessio facta in testō parte
presente statim preiudicat non spectato
curfu xxx. dierum quod non presumitur
fieri spe future numeracois et sic limita
tur. l. in cōtractibz de nō nu. pec. glo. est
in. l. addita. legata. C. de fal. cau. adiec.

Nota q̄ si int̄ alternatiuam. l. vel statu
ti ponatur relatiuum diuersitatis substā
cie requirit̄ tamen similitudo eius quod
in relatiuo includit̄ ad premissa C. de ser
u. fugi. l. si fugitiuū in glo. singlarī q̄ inci
pit similiter que facit ad multa bal.

Nota quis dicatur pauper relinquitur
ad arbitrium iudicis C. unde vir et vxor
auct̄. p̄tea glo. valde nō. r̄ facit ad ml̄ta

Nota q̄ quotiens. l. facit mentionez de

probatione nec declarat an debeat esse
plena vel semiplena. Recurrimus ad es-
se qualitatis vt si sit magni preiudicii re-
quiritur plena si parua semiplena C. de
carbo. edic. l. ij. in glo. singulari bal.

Nota q̄ probato legitimo matrimonio
vel q̄ quis ex ea vxore sit natus. licz ip-
sa sit publica metrix. est necia cōsequēcia
sequit̄ illuz natū esse legitimū. C. de car-
edic. l. ij. in glo. nō. ibi quod sequitur vi-
de casum singularem ff. de adul. l. miles

Nota tex. in scriptis §. quapropter
est scriptura priuata et facit in poss^o et
de perse sine alio p̄cium admiclo Nam
secus in petitorio. vt in l. ij. C. de edic.
diui. adri. tollen. in glo. notabili et singu-
lari quod nota et tene menti in v. signa.
Nota notabilem cautelam in fi. bal.
quando est casus in quo non probāt te-
stes. sed sola Instrā. si modo habes tes-
tes pete examinari. ad eternam rei me-
moriam. et in scriptura redigi quia h̄
pro instrūto C. de edic. diui. adri. tol.
l. ij. in glo. nota. in fi.

Nota tex. singularem q̄ in donationibz
que morte cōfirmatur locus est falcidie

¶ ad l. fal. l. in donationibus

Sequitur septimus liber. C.

Nota q̄ si sententia delegati est nulla.
delegans non potest illi cōmittere illas
causam. de nouo terminandam C. de sen-
ten. ex peri. recitari. l. i. in glo. bar.

Nota quare factum datione incertum
Et quare datio certa et quid sit certum
vel incertuz C. de op. liber. l. i. in glo. sin-
gulari est enī menti tenēda q̄a alibi nō ē

Nota q̄ ubi producitur extraordinarie
per filium q̄ non est necessarius consen-
sus patris C. de hīs qui admit. ad bo-
pos. quia talis non habet aduersarium.

Nota expresse per iuramentuz multe de-
clarari possunt C. de iure deli. l. sanctum
§. in computatione pro redemptione C.
de dona. quam nota. bal.

Nota q̄ omnis interlocutoria potest in-
distincte reuocari. C. senten. rescin. non
posse. l. i. glo. singulari in fi.

Nota q̄ licet prodigus rem suam alie-
nare non potest ita certam rem derelin-
quendo ea priuari non potest C. unde vi.
l. si q̄s tantam in glo. magna posita sup
uerbo. earum rerum et non est alibi

Nota q̄ valet confessio facta coram no-
torio iudice absēte C. de libe. cau. l. iube-
mus de hoc in glo. l. si illi⁹ et est sin. bal.
Nota q̄ dilatio reo principali concessa
extenditur ad fideiussores C. de vsu. rei.
iudi. l. i. fi. in fi. bal.

Nota q̄ testator potest p̄thecariam
prohibere ipso iure C. vt in posse. lega.
no. glo. valde nō. et est ad limitationem
l. i. §. cum omni. C. cōmunia de lega.

Nota q̄ ante diem non est obligatio in
ultima voluntate C. de cadu. tollen. l. i.
in principio glo. in vsu cedere valde sin-
gulari Sed secus in contractib⁹ vt in l.
cedere diem ff. de ver. ob. Et ibi nō. bal.

Nota vtruz confessio facta in p̄cessu in
ua'ido defectu accusatorū preiudicet vt
possit condemnari C. de libera. cau. l. in.

Nota q̄ fit accusatio in fi. in fi. glo.
fideiussores iudiciarios sine nouo processu
q̄ cito reus est cōdemnatus C. de vsu.
rei iudi. l. i. fi. in glo. valde singulari q̄ nō

Item q̄ ipsi fideiussores qui soluerunt si-
militer possunt petere excu'ationem cō-
tra reum sine nouo processu bar. ibi iud.
dicato soluendo

Nota q̄ quotiens statuit iuranti semp̄
est iudici iuranduz nec sufficit q̄ notis
C. de libe. cau. l. Julianus in glo. singu-
lari per doc. C. de iure iuran. l. generali-
ter super verbo ipso iudice in glo.

Nota q̄ sufficit productionez instrumē-
torum esse factam tabellioni cause. C. de
appella. l. eos. §. super hijs glo. nō. in v.
summa cum tex. suo

Nota q̄ fiscus puus vbiq̄ dicitur C. de
quadri. p̄scrip. l. i. in glo. que nō est alibi
Nota q̄ intentas directum dominium si
subcumbit potest transuolare ad vtile.
C. de iuge. et ma. l. p̄lt glo. valde singu-
lari et tene menti

Nota q̄ ad grācias factas ab officiis
bus nō teneāt nisi dicāt non obstantibus
tali. l. et tali licet alit̄ non esset opus C.
de sen. et inter. omni iudi. l. mancipia in
glo. que incipit perpetuo bal.

Nota q̄ qui sequitur meretur sequi illū
quem ego seq̄r C. de senten. et inter omni
iudi. l. si. glo. nō. in materia vasalloꝝ bal.
Et tex. videtur notabilis in. l. vema C.
de in. ius bo. iuncta glo.

Nota q̄ ita transit dominiū ex voto vltie

voluntatis sicut ex legato C. de fur. l. si
non dum in glo. singulari. bal.

Nota q̄ in h̄is que sunt facta ex certis
sima ratioe fit int̄tio ad alia C. de fur.
l. si quis seruo in glo. bal. glo. habes in
l. si q̄s id q̄d in p̄n̄ de iuri. om̄i. iudi. bal.

Nota q̄ famuli scolarum non tenentur
pro modicis furtis C. de fur. l. apud. in

Nota q̄ venientes ante glo. si. bal.
terminum non videtur venisse C. qui ad
mi t. ad bo. pos. pos. l. si. in glo. nō. q̄a fa.
ad questōez Vide bar. ff. de verbo. ob. in
illo qui venit post non videtur venisse. l.
quoiam ante klend̄ bal.

Nota q̄ quis videtur confiteri q̄ in illo
ponit glo. singularis C. de libe. cau. l. cū

Nota q̄ sufficit ad produc̄ precium
tionem instrōz esse factā tabellion̄ cau
se C. de appella. l. eos sup h̄is glo. val
de notat in verbo. fūma cum ter. suo poit
bar. in l. si. §. Julianus in questione pro
cedo ulterius

Nota q̄ in vocando fiscum in ius ita sit
petenda vema. sicut si pater vel manus
missor C. de quadri. prescrip. l. bene. a. 30.
nonne glo. singularis

Octuus liber C.

Nota q̄ privilegium prelatiōis de quo loquitur. l. assiduis non habet locum de dote confessata. C. qui potiores in pig nore habeant. l. assiduis et ibi glo. singu laris Et eius exemplum est in glo. sinz gulari in principi C. de dona. ante nup. l. hec vicia nisi nobilitas vxoris prepon derās habet suadere ff. in an. l. credito S. cum qui vxorē ibi secunduz dignitatē

Nota q̄ si heres fideiussoris potest age re ex persona sua rei ven. q̄uis tāq̄ her res teneat C. de eue. l. fi. et nō est alibi

Nota q̄ merces aliūde delate extra ter ritorium possunt portari non obstāte sta tuto de merce. extrahenda vetenti C. de edifi. priua. l. si quis post hanc Et al legatur glo. singularis angelus

Nota q̄ emptor vniuersitatis pro eue ctione rei singularis non agit nec etiā ad sumptus C. de eue. l. i.

Nota verbū pmissioms in scriptura eti am priuata positū si de pecuniam p̄sentia cō stat intell̄ facta stipulatio Et vbi de p̄ sentia non cōstat si aliud non appareat p̄ sumit̄ vt dī^r glo. nō. de cōtractu. fa. l. i.

Nota q̄ consilium ciuitatis ciuitatē rep̄
sentant et illud potest quod ciuitas C. q̄
lit lon. consue. in rubrica in glo. singulari

Nonus liber. C.

Nota q̄ omniū que fiunt in domo vel in
agro meo presumo habere noticiam de
cursu competenti sum in loco domini p̄
positus secus si sum in loco longissimo
C. de fal. mo. l. i. Casus singularis

Nota q̄ si percussus ambulat super ba
eulo suo post triduum. et postea morias
tur non presumitur ex vulnere nec tene
tur vulneratus de occiso C. de emen. ser
uo. l. i. in glo. singulari

Nota q̄ in causa criminali non potest ob
ici exceptio contra procuratorem. etiaz
pace facta C. de adul. l. q̄uis in glo. ho
die vero ex de iudi. c. i. li. vi^o

Incipiunt Tertus et glo. singla
res ff. de. secundū predictos de

Primus liber. ff. de

Nota q̄ delegatus principis super ver-

8
bum iubeo non delegat sed per mado ff.
de offi. preli. l. sepe et non est alibi Cum
concor. glo. in. l. nec mandate ff. de tuto
et cura. da. ab hns

Secundus liber. ff. v.

Nota q̄ qui contrahit certo loco et re-
nuunciat privilegio fori potest conveniri
si ibi inueniatur et si non inueniatur
potest peti vt remittatur sicut in delicto
ff. si quis in ius v. non pe. l. i. Et non est

Nota q̄ a sentēcia arbitri alibi bal.
electi super emergenti vel incidēti appel-
latur vt in. l. si arbit. ff. qui satis. cogun.
et non est alibi bal.

Nota q̄ si aliquis missus est in possessi-
onē solui ex privilegio speciali id non ope-
ratur ex post facto reuocantis te mitte-
re licet offeratur ff. qui satis. cogun. l.
de die. §. plane et non est alibi

Nota q̄ quicumq; allegans paupertate-
m vel diuiciam. debet illam probare si
talis allegatio est fundamentum sue in-
tentiois ff. qui satis. cogun. l. si vero. §.
q; pro rei in glo. Et non est alibi

Nota q̄ sicut ratihabitio et mandatus
equiperantur ita mandatum superueni-
ens ei qui exptus est sine mandato ff. q̄
exptus est sine mandato ff. qui satis.
regun. l. iulianus secundum vnam lec-
turam quod credo verum quando super-
uenit actu man. consummato tota liter

Nota q̄ q̄ndo delictum purgat̄ per mo-
dum excipiēdi pena trālit ad hēdes nam
si expectaret contē. lit̄ nūq̄ transiret q̄a
lis nūq̄ contestatur ff. quod quisq̄ ius-
ris. l. in. et non est alibi

Nota q̄ an iubens reddi instrumen-
tum debiti videatur illud remittere ff.
de pac. l. labeo in glo. singulari et magis

Nota q̄ in causa crimi strali angl⁹
nali potest nunciari defensionem quando
crimen est notorium glo. singularis in. l.
pactum inter heredes ff. de pac. Secus
si non est notorium glo. singularis in. l.

Nota q̄ in media nocte. i. ff. de fur.
quis potest satisfacere vel pignorarē ne
detineatur per curiaz et notarius instrā
recipere. Et si dixerit scriptum de die po-
terit absq̄ metu falsitatis quia more ro-
mano dies durat de media nocte vsq̄ ad

1
aliam mediam noctē ff. de ferijs. l. more
romano in glo. que non est alibi

Nota q̄ contra solemnitatem instru-
menti admittitur probatio etiam per te-
stes ff. de pac. l. iuris gentium. §. quod
fere. et est glo. singularis que incipit sed
et contra. bal. quā glosā nota scdm bar.
que dat nobis intellectū. l. generalit̄ se-
cundum diffinitionem

Nota q̄ acceptilatio non tollit accepti-
lationem ff. de pac. l. si vnus. §. pact⁹ in
glo. que non est alibi bal.

Nota q̄ receptio testiuꝝ ad eternaz rei
memoriam debet peti coram illo iudice
qui de causa cogiturus est ff. de trans-
ac. l. cum hñ §. transactiones

Nota q̄ p̄ desertationē appellatiōis non
perditur possessio ff. qui. satis. cogun. l.
scienduz. §. fundum. et non est alibi bal.

Nota q̄ minor non presumitur ex dolo
presumpto ff. de eden. l. vbi exigitur et
non est alibi

Nota q̄ pater in dubio videtur filio sti-
pulari vt heredi. ff. de pac. l. si tibi. §. si
pactus et in. l. tale pactum in fi. glo. et
est singularis

Nota q̄ ubi quis non habet actionem
ip̄lo iure supplet Iudex p̄ eo secus si pet
exceptionem ff. de pac. l. si vnus. §. pac
tus in glo. in op̄mando

Nota q̄ traditio necessaria nescit pacis
tum in l. in traditionibus ff. de pac. in
glo. que non est alibi

Tercius liber. ff. v.

Nota q̄ dies et consul positi in incipio ta
bularum referuntur ad omnes sequen
tes ff. de eden. l. si quis argentarius. §. si
incipium tabularum quod nota.

Nota q̄ propter euentum incertum suc
cessions ex testamento vel ab intesta
to agitur contra bona possidentis pro q̄
quota possiderit ff. de transac. l. contro
uerfia. et non est alibi angelus

Nota sicut excep^o dilatoria non p̄t op
poni post lit̄ cont. ita nō potest opponi ex
ceptio viciose caut. ff. qui satis. cogun.
l. de die. §. si seruus in glo.

Nota q̄ pacē possunt testi. iuramentuz
remittere ff. de fe. l. i. in p̄n. in glo. et est
tex. ex de testi. c. tuis

Nota q̄ sicut in obligatiōe rem restitui
que descendit ex cōtractu bōefidei tenet

A

heres ff. como. Ita q̄ debetur iudicis of-
ficio ff. de eden. l. si quis ex argentarijs.
Nota exemplū instrū §. i. quod nota
originalis nō facit fidē nisi originali exhibi-
bito in auct. si q̄s in aliq̄ documto C. de
eden. l. si q̄s ex argētarijs. §. p̄tō ait q̄uis
Nota q̄ vbi sententia non infamat Ibi
confessio facta coram iudice non infam-
mat ff. de infā. l. q̄ ego. §. ex comp̄misso
Nota q̄ procuratō in et nō est alibi
rem suam habens vtales concurrens cū
domino ei preferitur ff. de procurato. l.
procurator licz nullū de illis tribus inē
uenerit de quibus in. l. iij. C. de noua
Nota q̄ procurator respondet positioni-
bus ff. de procura. l. nō solū et ibi an. iuret
Nota q̄ vbi v̄ba diri de calumpnia
gunt ad iudicē tunc illd̄ expedit iudicis
officio de postu. l. i. §. ait pretor in ij^o
Nota q̄ affines intelliguntur parētes
nisi quo ad matrimonium ff. de postu. l.
cur eorum. §. affinitatis cum glo. bar.
Nota q̄ dispositio vera in casu vero nō
habet locuz. in casu falso ff. de nego ge-
stis. l. iij. §. hec verba et non est alibi
Nota q̄ sicut obligatio fideiussoria est

efficacia q̄ principalis non extinguuntur
a principali vel si super fideiustoria erat
facta lit̄ cont̄. vt in .l. seruus ff. de infa
et non est alibi secundum angelum

Nota q̄ instancia trāsit ad heredes Et
cum eo qui loco heredis habetur ff. de
infa. l. seruo Fallit in fisco ad hec. l. si cō
stante. §. si. ff. solu. ma. Et ibi notat bar.

Nota q̄ infamis nullum officium pub
licum exercere potest ff. de infa. l. quod
ait. §. miles in glo. que non est alibi

Nota q̄ scribens expensas in libro rati
onum videtur de illis protestari. l. nesen
nius ff. de nego. ges. in fi.

Nota curatorem habenti potest dari cu
rator ff. de procura. l. inuit⁹. §. hīs qui.

Nota q̄ dolus non impe quod nota
bit quasi contractū. quia dolo accedens
alia negocia gesturus agit quatenus do
minus factus est locupletior ff. de nego
gesti. l. si pupilli

Nota q̄ defensor allegans causas absē
tie etiam post litis contest. non damp
natur ff. de nego. ges. l. libero. §. si. Sec⁹
si allegat causas causis cōcor. l. apud ff.
iudi. sol. et ibi imputetur si non appellat

Quartus liber ff. ve.

Nota q̄ si bona patris propter delictū publicentur peculium profecticiū nō publicatur sed remanet penes filiuꝝ ff. de mīno. l. iij. §. sed vtrum v̄. nec eo mo- uetur Et non est alibi

Nota q̄ in p̄p̄theca non succedit precī um loco rei vnde qui rem p̄p̄thecatam distrahit non conueitur p̄p̄thecaria ad precium restituendū. ff. de distrac. pig no. l. ij. in fi. Et et singularis bar.

Nota q̄ si cōpromissum est geneale et de dolo malo que non fūt petita sup non petitis ista obstat exceptio. sententiā la ta sicut vere eis dē absolucō esset lata ff. de arbi. l. de rebus et non est alibi

Nota q̄ tempus ad confectionem inue- tarij currit minori. ff. de mīno. l. auxiliuz in glo. v̄. cessabit et non est alibi

Nota q̄ si post lapsum triennij interpel- latur debitor. videtur recessum a paren- do tamen debitor satisfaciāt infra termi- num congruum. cuius declaratio est Tu- dicis offō arbitrio ff. de mīno. l. emulus in glo. magna v̄. si non certum est Et non est alibi. Et eam tenet bar.

Nota q̄ usufructuarius possidet ciuiliē
et naturaliter Et intellige rem natura
liter et ius ciuiliē. l. usufructus ff. ex qui.
cau. maio. xxv. l. Ait pretor. §. Item in
Nota q̄ valz sentēcia glo. singulari
si Iudex dicat credo talem condempnan
dum. ff. de arbi. l. diez p̄ferre. §. si plues
de singularis et non est alibi Bal.

Quintus liber ff. noui

Nota q̄ in causis delictis vbi ex parte a-
gentis est interesse ex parte conuerti pe-
na si plures deliquerant cōmunicato cō-
cilio vnus solum liberat alios ff. quod
vi. aut clam l. semper §. in sepulchro et
non est alibi secundum Bal.

Nota q̄ si usufruct. qui debet restitui cō
stituatur de nouo alius qui idem videtur
esse et omimode similitudis ff. de vi. et vi.
ar. l. si plures. §. deicitur glo. est singla.

Nota q̄ fructuario deiecto de possessi
one non admittitur duci in possessionez
ciuilem ff. de vi. et vi. ar. l. in. §. hoc in
terdictum in glo.

Nota q̄ quādo substitutus includit ex
ceptiones oēs intelligi de fruiol' et excep
tiones intelliguntur eius qui inducit p̄
statutum ipsuz vel cetera statuta q̄ nō
ff. q̄ vi aut clam l. i. §. deniqz glo. nota.
et vide ibi notata per Bar.

Nota tex. contra illos qui impediunt ne
citationes vel excommunicationes per
ueniant ad eos contra Iudicem qui me
tu non sunt partes applicate ff. q̄ vi aut
clam. l. p̄t quod tene menti Bar.

Sextus liber ff. noui

Nota q̄ verba nunciatiua in vltima vo
luntate prolata propter aliud inducūt
exceptionez ff. de do. excep. l. si. §. auus
nepotibus et non est alibi Dy.

Nota q̄ non tenz repudiacō quā mulier
facit metu vel pudore mariti vel patris

ff. q̄ re. ac. non dat. l. i. §. i. glo. sing Paris
secundum Bal. qđ limita per nota. in l.
transactiōe contra dominū C. de transac.
Nota de actiōe directa et cōtraria ff. de
ac. et obli. l. ex consensu cum glo. et non
est alibi que doctrinam dat illa

Nota qđ pater tenetur dare dotem pro
filia et etiam matrimonio iam contrac-
to ff. de ac. et obli. l. contra hoc facit. l.
si ut propomis C. de nup.

Nota qđ exceptiōes ille que ex persona
rei competunt fideiussori ille permittūt
extra promissori et obliganti se pro non
obligato ff. qua re ac non datur l. i. §.
exceptiōes et non est alibi Bal.

Nota qđ si positiones vel interrogatio-
nes litis aprie obmittātur processus et
hec vicietur an vero sit aliquis et tenet
qđ sit aliq̄s ff. de excep. rei iu. l. si a te. §.
si quis fundum glo. singla. qđ no. Bal.
Nota glo. singularem et notabilez que
facit talē differēciā si agitur actiōe iudi-
cati nulla exceptio potest opponi de hīs
que potuerunt opponi vel appolite fuerūt
in iudicio Sed si agatur pristina actiōe
omnes exceptiōes possunt opponi ff. de

excep. rei iudi. l. duobus quod tene mēti
Nota sententia cōtra sententiam non te
net ipso iure verū est si ex eadem instan
tia secus ē si ex diuersis ff. de excep. rei iu
di. l. duobus glo. sin. qđ nōt Bar. Jaco.
de bu. quādo pronō. non est necē. l. i.

Septimus liber ff. noui

Nota qđ procurator datus ad executio
nem non potest reo dilacōnem concedere
ff. de acti. et obli. l. qui rome. §. caliaz
eus et non est alibi

Nota qđ mora rei fideiussoris non nocet
si ante eam contractam fideiussor in mo
ra constituit creditorem ff. de verbo ob
li. l. mora. ij. R^o et non est alibi Et sic se
cundum hoc est casus qđ vltima mora
non nocet qđ non fuit eius de3 sed vlteri⁹

Nota qđ error stipulatione non viciatur
facta demōstracōe ff. de vbo. obli. l. que
extrinsec⁹ in glo. sin. que nō ē alibi An.

Nota qđ quando in stipulacōne apponit
dies instans et presens non differtur ex
actio sed illa die potest agi. ff. de vbo.
obli. l. liber homo §. decem in principio
et non est alibi secundum Dr.

Nota qđ qui tenetur alicui aliqua re s⁹

pena illo existente in mora potest aliena
re cui vult ff. de verbo obli. l. qui rome
§. cum predia et non est alibi Dy.

Nota q̄ declaratio semel facta non po-
test mutari ff. de ver. obli. l. quicquid, as-
stringe in glo. et non est alibi

Nota q̄ licet pena nō possit purgari vbi
est adita in persona stipulantis in. l. i. §.
de sti. seruo. Tamen si pena est addita in
persona stipulantis obligacō primitiua
sine eius effectū in persona alterius ad-
mittitur purgatio ff. de verbo obli. l. qui
rome. §. flauus et est sim. qd̄ nota bene

Nota q̄ per iuramentum adhibitum in
promissione tollit exceptionem dilatori-
am vel peremptoriam ff. de verbo obli.
l. sciendum glo. valde singularis ibi iuras-
se Bal.

Nota q̄ clausula rato manēte pacto im-
pedit more purgationem cōmissa Jam
pena ff. de verbo obli. l. Item stipulat⁹
sum michi a proculo glo. notanda et mē-
ti tenenda in si. glo. licet Bar. in. l. infulā
e. ti. qd̄ non credo verū in. l. et si p⁹ tres

Octauus liber ff. nouū

Nota q̄ cautio de iudicio silti habet lo

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

cm

eum vsqz ad sententiam exclusiue ff. de
fide. l. grece. §. et post litem et non est
alibi secundum Bal.

Nota qd utilis stipulacō habet vim mā
dati ff. de solu. l. cum cornelius secundū
Ray. et Bal.

Nota qd mulier possidens bona viri pro
dote tenetur cōputare in dotem q̄ de bo
nis ipsius viri percepit ff. de solu. l. ticia

Nota qd minor xv. an non restituitur de
gestis post xx. an infra tempora restitus
tionis ff. de noua. l. doli. §. diuersū et nō
est alibi ita clare secundum Bal.

Nota qd Iudex in q̄tuz potest condemp
nationem mitigare debet ff. de pre. sti. l.
fi. cum glo. Bal.

Nota qd si soluitur procurator falsa sti
pulatione decursa non potest ratam ha
beri solutionez eo casu quo naturalis ob
ligatio est sublatā ff. de re. ra. ha. l. fi.

Nota qd si debitor fideiussori succedit
omnis obligatio fideiussori extinguitur
vt in. l. debitor fideiussori. §. de sepa. pig
nora tamen durant ff. de solu. l. cum q̄s
§. qui pro eo et est ibi casus singularis

Nota interruptio ciuilis facta contra

reum non prodest contra fideiussorem li
cet profit contra reum et est glo. singu
laris in verbo preterit

Nota q̄ si debitor creditori in solutum
dare promiserit pignus liberatur soluē
do debitum sed si d̄disset et tradidisset
hec reuocatur semper ff. de solu. l. calipo
et est singularis casus

Nota q̄ ubi fit nouatio per litis conte
stationez facta que per aliū animo trās
ferendi in se obligationem que contra
illum debitorem nouatiōe competebat
directa datur utilis ff. de noua. l. delega
re nota glo. que non est alibi

Nota q̄ ubi pro dote promissa in pater
na soluta res que euicta postea agit pre
toria ff. de solu. l. que res in prim.

Nota q̄ petens restitutionē in integrū
aduersus procuratorē falsi vel veri non
improbat illum ideo cautio rati non ff.
rem ratam haberi. l. cum minor et non
est alibi secundum Dy.

Nota de interdicto fraudatiuo ff. de so
lu. l. pupulli debitor in prim. et nō est alibi

Nota in l. cū cornelio que declarat et li
mitat omnia iura loquencia cui solui po

test inuito et contradicente stipulatore
ff. de solu. et non est alibi

Nota qd si solutum potest peti vel red-
ditus retineri non parit liberationem ff.
de fide. l. si stipulat. §. i. et non est alibi

Nota qd negociorum gestori non potest
solum debitum cum domino contractum
vt debitor liberetur siue sciente siue igno-
rante scienter illa Demum si est soluens
do et hoc mo debito liberet ff. de solu.

Nota qd possidens rem ex ea col l. filie
ligens fructus vt dominus presumitur
ff. de solu. l. ticia Bar.

Nota qd heres representat defunctum
et pro ea parte pro qua est heres pro
alia reputatur vt extraneus ff. de preto-
ri. l. ij. in fi. glo. Angelus

Nota omnem actum quem minor potest
per se solum exercere potest per procura-
torem ff. de re ra. ha. l. cum minor in glo.

Nota qd actio iniuriarum officium Jus-
dicis potest in nouacione deduci et accep-
tatione ff. de accep. l. et vno. §. i. et no
est alibi ita clare

Nota qd exceptio potest nouari ff. de excep-
ti. §. cautionales et e mirabilis glo. Bar.

Nota q̄ q̄uis non sit necē q̄ hora p̄s
natur in instrumento tamen si ponat̄ fa
cit q̄ ipsum instrumentum dicitur prius
vel posterius ff. de solu. l. si ex pluribus cau
lis §. si. q̄ vix Et alibi nō reperies Bal.
Nota glo. valde notabilem in pluribus
circa materiam exceptionum edendarum
ff. de fide l. si sciens §. ex duobus

Sequitur nonus liber ff. noui

Nota q̄ intrans domum modo rapien
di tenetur vi bonorum raptorum etiam
nullo repperito ff. de fur. l. si quis ex domo
singulare est Bar.

Nota q̄ mādō tibi vt quod debes michi
soluas cuicumq̄ ex parte mea petenti
non propterea soluere debes omni petē
ti ex parte mea qui mandatum non haz
bet a me ff. de fur. l. si quis vxori. §. Itē
Et non est alibi Bar.

Nota q̄ si proximus infācie est doli cas
par non tenet̄ de delicto a se cōmissō ff.
de fur. l. impuberē et non est alibi An.

Nota bene et tene menti q̄ in actione
mandati contraria venit leuissima culpa
pa ff. de fur. l. que seruus §. qd̄ vero ad
mādati actionē et non ē alibi scdm Bar.

Nota q̄ quando vna actio cōpetit con-
tra diuersos negligencia cōmissa contra
vnum preiudicat contra alium ff. vi. bo-
rap. l. h. seruus singularis casus Bal.

Nota q̄ causa dicitur criminalis quoti-
ens pena erit applicanda fisco alias si p-
ti dicitur civil' ff. de tmi. amo. l. angaria
glo. nota. Baldi

Nota q̄ actio pro rapina cuiusq̄ etiam
malefidei possessori cōpetit quādo est de-
lictum in personam secus in actione fur-
ti ff. de fur. l. itaq̄ in prim. glo. valde nō.
et singularis in fine magne glo. Bal. in
l. falsus procurator C. de fur.

Nota q̄ iniuria facta socio meo itineris
videet facta michi ff. de iniu. l. ita apud
labeonem §. tenetur glo. valde nō. Bal.
Bar. in l. vt videlicet ff. de iustu. et iur.

Decimus liber ff. noui

Nota q̄ quando reus decedit lata sentē-
cia cum causa t̄minādi infra hora appel-
landum sicut extingūtur crimina morte
ita tacita bonorum ademptione si deces-
sisset appellatiōe interpolita ff. de accu.
l. ex iudicioz et nō est a libi Dy. et Bar.
Nota q̄ maritus potest scribere legatū

uxori in testamento alieno ff. de fal. l. uxori in glo. q̄ q̄s p̄t sibi scribere fidei commissuz. et an mulier p̄t esse executrix in testamento et non est alibi et est singulare Bar. et Dy. et sic conficit instrumentū uxoris licet non possit esse testis
Nota q̄ condempnatum de crimine extrahens de manibus familie punitur capitale quia cōmittit crimē lese maiestatis ff. ad l. iulii. ma. l. iij. in fine ibi qui confestum et est singulare

Nota q̄ Iudex euadēs cum qui mori debeat eadem pena punitur C. nulli lice. itere. l. fi.

Item si facis mori illum qui non debebat ut lex l. iulii. §. fi. ad l. iulii. repe.

Nota q̄ minor nō tenetur de adulterio in alijs delictis sic ff. de adul. l. si minor et l. pupillus de regu. iur.

Nota q̄ quis potest cōueniri in loco domicilij pro delicto cōmisso ff. de in iure. resti. l. inter legatarum §. interdicere v. sed res et non est alibi

Nota q̄ p̄terlatam culpam custodientis carcerē qua carcerati fugiūt dāpnat̄ custos ad mōtē ff. de custo. reo l. milites

Nota q̄ ille qui est in bonis aduocatus
propter delictum de quo accusatus erat
captus non debet illico cōdempnari sed
de nouo plene de crimine cognosci et fa
cit pro ex bāntis captis ff. de custo. reo
l. dynus adriano et nō ē alibi scdm Dy.
Nota q̄ testificās dolose in causa homi
cidij cōtra tenetur l. comelia de sicarjis
et tanq̄ homicida uenit puniendus ff.
ad l. cor. de sic. l. post principium et non
est alibi Bal.

Nota q̄ Iudex potest processuz ab vno
inchoatum prosequi ex suo officio ff. de
pu. l. promul. l. is qui e. ti. C. e. l. liberoz
rum de accu. Bar.

Nota q̄ instancā in criminali non tran
sit ad heredem accusantis ff. de accu. l.
dynus fratres

Nota q̄ vbiq̄qz pro aliquo crimine
competit accusatio criminaliter ad vnz
dictam pro eodem competit actio saltē
civilis instancā ff. de fal. qui nomine et
nota in l. quicq̄ in glo. pro socio

Nota q̄ filius fa. muto patre publicā
accusationem instituere potest licz glo.
dicat cōtra in l. fi. §. necessitatē de bo. qz

libe. ff. de adul. l. inter liberos §. filius fa.
Nota q̄ si per interlocutoriā imponit̄ ali
cui silentium p̄t appellari ff. de accu. l.
cum ticia et illa glo. non est alibi Bar.
Nota q̄ q̄uis ratione dignitatis aliq̄s
conueniri non possit tamen debet satisfacere
de iudicio sicuti finto officio vel iudicō
et est singularis ff. de accu. l. qui accus
sare in gol.

Nota q̄ libellus in causa criminali etiā
am civili p̄t dari etiam die feriata ff. de
adul. l. miles §. i. et ita dicit Bar. in ex
ceptione per reum quod nota perpetuo
quia non est alibi secunduz Dy. et An.

Nota q̄ quādo duobus cōpetit priuile
gium sed ordine successiuo non p̄t soci
us uti priuilegio suo donec proponendi
sit impeditus ff. de adul. l. maritus in se
cundo in principio Bar.

Nota q̄ illud quod in libello presumit̄
debet in libello deduci al̄ nichil probat
ff. de adul. l. si adulterium cum incestu
§. idem pellioni tex. valde singularis qd̄
tene menti Bar. et Bal. in l. cum quid
ff. si certum pe.

Vndecimus liber ff. nouū

Nota q̄ cā conuentional' et recōuentiō a
lis simul debent terminari ff. que senten
cie sine app. rec. n. l. i. §. i. et non est alibi

Nota q̄ vbi acta facta sunt per Iudicē
incōpetentem possunt ab eodem circūdu
ci ff. de ap. l. cum ad principem

Nota q̄ si fisco bona vacancia deferunt
est heres aditione tamen facta si bona
soluendo non sunt non aliter bene in co
locum non habet onus inuentarij ff. de
iure fisci. l. i. §. an bō et est singla. glo.

Nota q̄ licet verus contumax in non ve
niendo nō appell; vt l. et post edictū ff.
de iudi. verius cōtumax in alio bene ap
pellat ff. de app. l. creditor §. iustus et
non est alibi Dy.

Nota q̄ Iudex sententiam potest niter
pretari ff. de app. l. ab executore et non
est alibi ita clare Bar. et ibi in glo. intē
pretat in strumētū suum dic vt in l. impr

Nota q̄ delegatus sui de de sta. ho.
legati sententiaz potest reuocare et cor
rigere contrario imperio ff. qui. et quan
do app. non licet l. quantum

Nota q̄ litigium factum coram iudice
incōpetenti nūq̄ prode erranti ad perpe

tuanda iura sua ff. de app. re. l. ei cui⁹ an.
Nota q̄ illud quod non potest nouari
appellacōne interposita non nouatur eti
am si non interponitur dum sit infra tem
pora appellādi ff. ml no. pē. ap. l. i. in glo
Nota testamentum in modo probandi
causam impediēte ne operetur non suf
ficiat michi pbare q̄ fuerit guerra ap̄t
quam non potui venire bononie sed nes
cesse est q̄ probem q̄ recessi de domo et
veni ad locum vbi erat impedimentum
ff. de reu. l. qui conuictus Bar. in l.
ij. si quis cau.

Duodecimus liber ff. noui

Nota q̄ in tribus ante sentenciam peā
non est in obligatorio ff. verbo. sig. l. si
qua pena et non est alibi

Nota q̄ in appellatione ponitur commu
niter omnes fructus pertinentis ad vfu
fructū ff. de verbo. sig. l. qui fundum

Nota fortuitos casus nullum conciliuz
hominum providere potest ff. de admi.
reci. l. i. §. si eo autez tempore quod nota

Nota q̄ veniens ad alleganduz causas
absentie non satisfat ff. de regu. iur. l. ij.

§. in dono et non ē alibi ymo est C. de p
cu. in l. exigēdū in glo. mag̃ ubi re pbat̃
Nota q̃ liberatio etiam in vltima volū
tate facta debitori que fit causa donatio
nis si excedat quingētos aureos eoz in
linuatione ff. de re. iu. l. si quis obligati
onem in glo. singulari scdm Dy. et Bar.
Nota q̃ licet pater pro vno filio in viz
ta faciat expensas in doctoratu suo non
tamen post mortez alter frater recte pe
tet in communibus expensis ipse satisfā
ciat ff. de mune. et ho. l. in. §. si. cum glo.
sua et in glo. que dicit de fratre ducente
uxorem vide ibidem Dy. et Bar.
Nota q̃ quando Iudex ex iudicando sen
sus aliquod cōmodum pecuniarū non
potest agnoscere vtruz sit Iudex nec ne
ff. de mu. l. de iure in glo. singulari secun
dum Bar. in l. ex quacumqz causa si q̃s
in ius v. non serit Et sic limitat. l. si q̃s
ex aliena ff. de Judi. Bar.
Nota singularem glo. ex qua sumitur
pulcherrima doctrina vtrū statuta poss
sint reuōri ff. de cita. ab or. fa. l. q̃ semel
Nota q̃ in originali iuramento semper
intelligitur clausula si fuerit iustum ses

1
eius in speciali ex causa tamen iusta q̄
non seruat licet sit peiurus et piurio nō
habet ff. de regu. iu. l. nō videt §. qui ius
fu glo. valde solemnis ibi quia tibi nō
in l. si. ff. qui satis da. co. Bal.

Nota q̄ ferens sententiam que esset ir
rita non dicitur partem grauare si pro
cessus esset nullus Et sic non facit lites
ff. de va. et exor. cog. l. si Iudex glo. sin
gularis quod nō pro iudicantibus facit
l. i. §. i. ff. q̄ quisqz iuris

Incipiunt glo. libri institutionum

Nota q̄ sententia lata super libello in
epto est nulla ipso iure et ex ea non ori
tur actio in factum vel officium Iudic
is iusti de obli. in princi. in glo. que in
cipit illud que non est alibi Bal.

Nota q̄ interest mea pluribus actiom
ibus ad idem non teneri etiam si nulla a
lia versatur vtilitas insti. de ac. §. itaqz
v. plane odio furium in verbo odio furium

Nota q̄ duplex est natura Naturas et
naturata insti. de verbo. obli. §. conditio
nes in glo. que non est alibi Natura na

turans est ipse deus Naturata non est
aliu d q̄ ipse cursus nature in qua omnia
preterita p̄sentia et futura creata sunt
Nota q̄ ex iuramento in litem nulla ori
tur actio sed si non seruetur iuramentuz
iudi. officium succedit insti. de ac. §. pre
terea in glo. que non est alibi

Nota q̄ re legata pure que erat testas
toris si agit legatarius personali non de
bet concludi in libello ad dandum sed ad
possessionem tradendum simpliciter vt
in si. de le. §. sed nostra et est singularis
alia est similis C. de do. que sub l. i.

Nota q̄ in inquisitione non est seruāda
solempnitas iuris que in accusatione re
quiritur insti. de pu. iudi. in p̄n. glo. que
non est alibi secundum Butri. de h. iaco
but. insti. de obli. in p̄m.

Nota q̄ ex contumacia filij delinquentis
possit fieri missio in bonis profectiū pe
culij sicut in eis possit fieri executio lata
sentencia vt l. iij. §. Idem scribit. ff. de
pecu. glo. iij. §. fi. insti. de noxa Et vide
de eadem que non possit fieri

Nota q̄ actiones que dantur heredi mi
si litis contestatio facta dant̄ ex sola p̄

paratiōe insti. de perpe. et tempo. ac. §.
penales in glo. facit quod nota. in l. om
nes ff. de ac. et obli.

Nota q̄ substituēs non facit suuz volū
tariū insti. de vulga. sub. in glo. vulgari

Nota q̄ bāniti nostri tēporis eq̄perantē
deportatis quādo ciuitatē et bona amit
tunt vbi autē ciuitatē tantū tunc relega
tis insti. q̄. mo. ius pa. po. sol. §. relegati

Nota q̄ electō realis acciōnis ad lega
tum consequendum facit videri persona
li repudiatū insti. de le. §. nostra in glo.
singulari Bal.

Nota bene q̄ scolaris in medio anni re
cedens non potest alium loco sui substi
tuere ymo tenetur pensionem totius an
ni soluere licet dimittat socios insti. de
lega. §. si. glo. valde singularis Bal.

Nota q̄ quedam est possessio plena et
quedam semiplena et quedā vacua ⁊ sic
est triplex insti. de vsu. §. q̄ autē in glo.
vide ibi quia non habes similem An.

Incipiunt singulares glose
librorum authenticorum

Nota q̄ licet cōtra p̄sumptiōez iuris et

de iure nō admittat̄ probatio in cōtrari
um p̄ testes tamē admittat̄ per cōfessiōz
aduersarij vt in auct. de eq. do. §. aliud
Nota q̄ vbi dubitat̄ glo. singlaris
de quantitate fructuū perceptoru ex fū
do stat̄ iuramento possessoris in auct. de
nup. §. qui veō lucrū in glo. maḡ in ver
bo iurādo que nō est alibi secūdu Bar.
Nota q̄ licet ad instanciā coll. iij.
partis testis semel examiat̄ non possit
amplius peti etiā ad declaratiōz sui die
ti Tamen Iudex ex officio pōt eum iuri
dice examiare q̄a secūdu interrogatoria
exaiatus sec⁹ si in iudicis culpa in auct.
de testi. §. qd̄ vero viij. coll. in glo. et nō
est alibi hec p̄fuit Bar. in l. si quis ara
gentarius in §. si. ff. de eden.

Nota q̄ omnis vox iudicis ad causaz fa
ciens est interlocutoria vt in auct. de li
tigiōsis §. ad excludendas coll. viij. in
glo. et non est alibi talis modus loquen
di Ange. Immo est glo. in l. cum cleris
cis C. de epi. et cle.

Nota q̄ q̄s nullā pōt sibi imponē collec
tam vt in auct. q̄ mo. na. effi. fut. §. si veō
coll. vi. nec ciuil̄ in glo. si nullū sedm̄ am

Nota q̄ preceptum qđ facit Iudex pa-
ti est seruandū in locutoria vt in auct̄.
do here. et fal. §. ne autes coll. i. in glo.
Nota q̄ licz filia ad successionem patris
cum masculo admittatur tamen facere
partem de morte patris ad eam non ex-
spectat quia non pōt venari famā in ti-
feu. de pa. iura. fir. c. hoc autē in glo. an.
Nota q̄ licz lex noua velit dispositionē
suam etiam ad preterita extendit tamen
non fiet extensio ad decisa per sententiāz
vel appellationem suspēsa in auct̄. vt de
ap. cog. §. i. coll. viij

Nota q̄ secundū statutum limitatur ad
precedens posito etiam si millesies ha-
beat clausulam adiunctam §. non obstā
te aliq̄ lege v̄l statuto in auct̄. de succe.
que ab in. in prim. in glo. singulari Bar.
Nota quicquid operatur contestacō fa-
ciendo p̄curatorē litis dominiuz q̄tū ad
illa que respiciunt ipsum procuratorem
eadem operat̄ in Iudice quo ad ea que
respiciunt ipsum Iudicem vt in auct̄.
de exhi. re. §. si vero coll. v. vbi datur p̄
dicta regula al. l. ediles §. idem sciendū
ff. de edi. edic.

Nota q̄ ciuitates possunt prescribere iu-
re litigandi meri et mixti imperij sicut re-
galia in auct. de defen. ciuita coll. iij. in
glo. singulari in fine magne glo. Bal.
Nota glosam valde notabilem que dat
doctrinam vtru testamentu in quo emā-
cipatus est p̄terit? interim sit nullu vel
aliqud in auct. de here. et fal. §. exhere-
Nota q̄ negans se possi dato coll. i.
dere perdit possessione in auct. de trien.
et se. coll. v. §. si. glo. que sit melior in to-
to corpore iuris Et in illo passu ff. de re.
No q̄ renūciacō penes ac ven. l. fi.
ta vl facta iudici p̄de absētibz in auct.
vt ma. et auie coll. viij. glo. nō. valde
Nota q̄ cause diuitem et pauperū etiā
magne debēt fūmarie expediri in auct.
de man. prim. iij. coll. glo. notanda
Nota q̄ tabellio de iure infamis potest
conficere instrumenta vt teneat inter ig-
norantes euz infamem in cor. de tabelli.
§. penult. coll. v. Bal. in glo. i. de summa
tri. et si. ca.
Nota glo. valde nota. q̄ monachi extra
claustrales ⁊ qui habent beneficia extra
claustrum vel prioratus de quibz viuūt.

non debent esse vōcibus vel actibus clau-
strorum in auct. de alie. emphi. §. i. coll.
ix. Ja. an. in c. fi. de re. do.

Nota glo. singularem q̄ testamentum
imperfectum filii testantis inter parētes
non valet in auct. de testa. impfec. super
rubrica coll. viij. glo. singularis p̄ qua
vide tex. in l. ei. §. fideicommissi

Nota q̄ statutum de dote lucranda nō
habet locum in feudo. de iure de re. alie.
cau. fac. §. si. tex. valde notabilis

Nota q̄ non valet pactum creditorū vt
debitū non possit p̄bari nisi p̄ instru^m vt
in auct. vt sine phi. ma. coll. vi. in glo.
magna singulari et non est alibi an. Eo-
dem modo nec valet statutū vt p̄ inno.
in c. cum io. tabellio extra de fi. instru. qd̄
nō colu. de acquilia

Nota glosam magistrālē pluribus que-
stionibus dum dicit fideiussorem de Ju-
dicio listi debere possidere immobilia in
auct. de exhib. re. §. sanctum⁹ coll. vi. secū-
dum Guil. Bar. et Bal.

Nota quomodo quis dicatur inimic⁹ ca-
pitalis in auct. de testi. §. si vero coll.
vij. in glo. Judicij et glo. magistrālis in
principio et tene menti

Nota q̄ notarij qui incipit in causa scribere debet continue scribere et non alius in auct. de here. et fal. §. si veō absūt coll. i. in glo. que non est alibi quod est verum nisi prius esset remotus vel impeditus a secundo l. i. ff. de offi. p̄conu.

Nota q̄ Judex fiducia dās et legabāto non tenetur illam seruare sibi vt in auct. de man. prim. §. neq; autem hō mada coll. iij. quod nota perpetuo

Nota q̄ sacerdos p̄t conficē instrumētū matrimonij in auct. q̄. mo. na. effi. legi. §. si quam coll. vi. vbi tex. singularis qd̄ tene menti quia non est alibi

Nota q̄ existens sub iuramento fidelitatis sub iurisdictione alicuius non potest prorogare iurisdictionem in alium Judicem dominiū vel populū illo inuito in feudum de probi. feu. alie. per. fre. in §. preterea glo. valde nō. Bal. et in l. decernimus C. de sacro. sanc. ec.

Nota q̄ per. auct. bona dampnatorum sunt correctā iura dicencia que bona eorum que conscia criminis se occidunt publicantur licet non sint dampnati sed pro dampnatis habentur C. de iu. fo. l. fi. li.

p. in glo. De hoc dubitauerunt pe. et Cy.
in l. ij. C. qui testa. facere pos. et de hac
glo. non habuerunt recordari

Nota q. valet statutum q. pater teneatur
soluere condemnationem ex delicto
filij C. de decret. decu. l. iij. li. x. et non

Nota q. solutio triennalis est alibi
annorum proximorum presumere facit in p.
teritum pro toto tempore solutum C. de az.
poch. pu. l. quicunq. li. x. tex. singla. Baz.

Nota q. iudici castrorum vel villarum
qui deputantur pro ciuitate ad exactio-
nem collectarum si negligunt quia tem-
pus possunt capi personaliter et solutus
possunt postea repetere C. de exac. trib.
bu. l. missi. li. x.

Nota q. per vicinos probatur de hijs que
committuntur in vicinia C. quando fiscus vl.
priua. l. ij. in glo. et non est alibi An.

Nota q. fauore fisci ecclesie et minorum
propter instrumenta de nouo reperta re-
tractatur sententia quasi non videantur
legitime defensi que retractio potest pe-
ti vsq. ad triennium C. de sententia ad-
uersus fis. la. l. fi. li. x.

Nota q. illud quod dicitur pater et fis

lius eandem personam representant in-
telligitur de filio in potestate C. qui eta-
se. excu. l. ij. li. x.

Nota q̄ vbiq̄ in contractu fit mētio
pen et dubitatur q̄lis contract⁹ sit intel-
ligitur esse contract⁹ actiois C. de pui.
cur. l. ij. li. x. quod nota perpetuo

Nota q̄ vbi res venditur p̄ subastatio-
nem non req̄ritur emptor vel vendit⁹ si
vltra dimidiā iusti pen fuerit deceptus
C. de predns cura li. x. l. i. scdm an. in l.
i. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno

Nota q̄ per statutum in fauorem alicui-
us deductum prodest etiam ignorantī
Pro h° c. statutum de pben. li. vi. io. an.
in c. ij. ex. de costi. C. de decurio l. i. li. xij.

Nota q̄ in hjs que sunt posita vel asser-
ta in Iudicio puta in libello cōuenciōali
vel litigioso vel positionibus non habet
locum penitentia C. de coi. agro. deser. l.
iura. singulari. li. xi. Bal.

Nota glo. valde notabilem dans doctri-
nam et theoreticam notabilem vtrum q̄
l. precedens disponit possit tolli per ac-
tum vel non C. de decret. decurio l. ij. li.
xi. Bar. in l. omnes populi

Nota an due apoche de soluto prefus
mantur esse eadem de eadem quantitas
te an vero de duabus C. de stu. l. ne tamē
li. xi. in glo. singulari Bal.

Nota q̄ perduto instrumento vel ab in
icio nullo potest peti vt reficiatur C. de
discu. au. l. ne casu li. x. in glo. singulari
Bar. ff. de adm. tu. l. ciro ḡphis in auct.
de here. et fal. §. i. coll. 1.

Nota q̄ iuris ignorantia non dicitur iu
sta excusat tamen a dolo C. de plagia in
glo. plagi criminis Bal.

Nota q̄ tantū operat̄ pactū quātuz lex
C. de decret. decu. l. i. li. x. Bar. ymo for
tius operatur pactum q̄ l. videtur glo.
notabil' in l. qui a patre C. de resti. mili.

Nota valde notabilē tex. de agri. et cen.
l. litibus Ex qua sumitur practica pro
bandi dominiū q̄ ad vnū fructuū pcep
tionem quis p̄sumit̄ domin⁹ et possessor

Finunt leges et glose singulares
ac speciales domini Bātoli Baldi
Angeli Anthonij de butrio Anz
geli de aretio ac Saliceti

Incipiunt Lex. et glo. singulares
domini guilhelmi de ludo legum
excellentissimi

Ex est cum glo. q̄ impubēs ne
q̄ senes non debent questionari
pro aliquo facto ff. ad alley.

l. i. §. impuberes et l. si quis in graui §.
ignoscitur e. ti.

Glo. est q̄ si mulier vendat rem suā vel
Juri p̄p̄thece renunciēt metu vel reue
rentia viri sui q̄ talis renūciatio vel ven
ditio potest reuocari Et idem si clericus
renunciēt prebēde reuerentia prelati v̄l
metu Nam potest reuocari talis renūci
atio ff. quarū re. ac non datur l. i. §. que
honerande super verbo metu

Lex est q̄ si testamētum patris est rup
tum vel annullatum ex aliquo ex agna
tione postumi vel al's et filius erat exhe
redatus ex testamento illo filius exhe
redatus admittitur ad hereditatē et sic
ingratitude non repellit quem a successi
one ab intestato ff. de dolo. l. qd̄ me ex
cep. l. liberis licet glo. videatur contras
ria in auct. de non alie. §. cū vitē col. i.
Condemnatus per officium Judicis nō

efficitur infamis C. de mo. multa l. i. C.
de susp. tu. l. fi.

Lex est q̄ Judex occupans alienam iurisdictionem est puniendus capitaliter
C. de cho. az. li. xij.

Glo. est q̄ si debes michi centum et petam l. in libello scienter et post recipiam quinquaginta in quibus fuisti condemnatus q̄ videor alios quinquaginta remisisse in l. i. de ac. §. si minus

Glo. est q̄ fideiussor non potest conueniri nisi in loco sui domiciliij tantuz ff. rem pupil. sal. fo. l. fi. super verbo constituunt

Glo. est q̄ ubi q̄s est p̄uit⁹ p̄ officiu⁹ Judicis q̄ postea potest accusari iure actionis C. de testi. l. nullum glo. fi. Et ibi q̄ clericus compellitur ferre testimonium coram Iudice seculari

Glo. est q̄ condemnato ad ultimum supplicium non est deneganda confessio
C. de epi. au. l. archigerote extra de pe. et remi. c. i. in cle.

Glo. est q̄ in legato alimētoruz non veniunt libri vt ff. de alimen. le. l. legatus
Lex est q̄ sententia arbitrarij vel cōpromissum debet demandari executioni per

iudicem ordinarius C. de iude. l. iudei C.
de ar. l. procul

Lex est q̄ ita per conuentionem factā
coraz arbitris fit interrupcō temporis si
cut coram Iudice ordinario C. de arbi.
l. cum ante cura fi.

Nota q̄ arbiter potest salarium reci-
pere a ptibus C. de pua. agen. in re. l. i.

Glo. est q̄ si creditor remisit aliquid de
bitori suo non videtur sibi remisisse nisi
id de quo agebatur exp̄sse inter eos C.
de trasac. l. si deserta C. ad velley. l. iube?

Lex est q̄ priuilegium personale tran-
sit ad heredem C. ad velley. l. heredis

Lex est q̄ si sint duo homines habentes
vnam domum vel aliam rem in comuni
et vnus illorum sit requisitus per alium
socium vt reparent rem illam comunē
et requisit⁹ tardat maliciose reficere q̄
si alius rem edificet habebit totam rem
in solidum iure domini C. de ediffi. pri-
ua. l. si vt apomis melius ff. pro so. l. sil-
uam §. ii. et dic vt ibi

Lex est q̄ si sit statutū in ciuitate q̄ nō
extrahatur bladum vel aliquid aliud de
loco q̄ si casu fortuito de aliqua alia ci

uitate vel castro veniant homines defe-
 rentes bladiuz vel aliam rem contra sta-
 tutum q̄ non obstante statuto possunt
 licet al̄s non possent nisi essent transeun-
 tes C. de edi. p̄n. l. si quis post hāc legē
 Glo. est q̄ si ciuitas vel villa deberet cē-
 tum alicui pro quibus centum vniuersi-
 tas collectisatur q̄ non possunt mutare
 domicilium quando soluant partem suā
 ff. de mune. l. incola

Lex est q̄ si in carceratus frangeret car-
 cerē et nescitur pro quo delicto postea
 inuento eo debet puniri ea pena qua pu-
 niretur si delictum commisisset et ff. de cu-
 sto. reo l. in eos

Glo. est q̄ si impetrem rescriptum a p̄n-
 cipe vt possim conuenire debitorem me-
 um coram aliquo iudice delegato et po-
 stea fecerim ipsum citari coram illo de-
 legato et ipse satis det de iudicio listi.
 postea non potest venire contra rescrip-
 tum nec obicē ff. quan. appellādū sit l. si.

Lex est q̄ Iudex qui non permittit ap-
 pellare victum et vltra hoc facit execu-
 tionem incidit in l. iulii. de vi. pu. ff. ad l.
 Iulii. de vi. pu. l. Julia

Glo. est q̄ si occupaueri rem michi obs
ligataz q̄ amitto ius obligacōis et pos
sum michi ius p̄p̄thecē in alia re ff. ad
l. iul. de vi. pu. l. iulia. penl. q̄uis tex. in
contrarium ff. q̄ me. cau. l. extat

Glo. est q̄ si pater atrociter vulneretur
per filium q̄ propter hoc pater cōpel
lituz emancipare filium ff. de iure. iu. l. si
pretor edixit §. sed si quis super verbo si
atroy Et dic vt ibi circa glo.

Glo. est q̄ si pater litiget contra aliquē
et postea moriatur q̄ heres vel filio te
nentur illam litem suscipere in tali p̄ue
to in quo predecessor reliquit ff. de iure
iuran. l. sed si vnus §. filius in glo. emā
cipatus ff. de ac. et obli. l. sciendum

Lex est cum glo. q̄ si dico alicui iniuri
as veras q̄ non teneor ff. de iniu. l. eū q̄
Tex. est q̄ vnus testis facit fidez et pre
sumptiōem et statur dicto vnus testis
ff. de do. prele. l. theopōpus in glo. in fi.

Glo. est q̄ si tutō finita tutela potest ex
igere liberationem a pupillo et quitans
ciam cū iuramēto valz talis q̄tancia a pu
pillo tutōi facta dū nō intuenerit fraus
ff. de cōtra. ta. in l. q̄ ergo §. cōtrarium

Glo. est q̄ propter egretudinez non re-
tardatur executio seu solutio secus in li-
tis contestatione vel sententia ferenda
quia datur dilatio propter egretudinez
ff. de here. insti. l. si quis instituatur §.
si. in glo. egretudinem ff. de Judici l. si
pretor §. si.

Leges sunt q̄ si sunt socij in aliqua re
et mouetur eis controuersia et vnus dux-
erit litem et obtinuerit q̄ non poterit p-
tem petere expensarum a socio suo ff. fa-
miliz. l. ex parte

Lex est contra glo. ff. de regu. iu. l. pus-
pillum vbi dicit q̄ proximus est puber-
tati qui habz x. annos cum dimidio Lex
est in contrarium ff. de execu. tu. l. non tu-
um qui proximus est pubertati xiiii. an-
num minus medium pro qua est extra
de spon. impu. e. continebatur

Lex est q̄ si princeps delegauit quan-
dam causam specialiter ad cognoscendz
senascallo vel iudici ordinario q̄ ob istā
delegationem non recipit salariū a pati-
bus q̄uis alius fuisset delegatus et re-
ciperet salariū ff. de off. rec. prouin.
l. qui ordinarium dum tamen non exeat

provincia ratione istig delegatiois vt ibi
Lex est q̄ si aliquis insidiatus fuerit ali
cui et in testamto remisit sibi q̄ michi
lomin⁹ debet puniri ff. ad cilley. l. dyuus
Leges sunt q̄ seruiēs sine inlimatione
seu mandato Judicis aliquem citare nō
debet sed si hoc fecerit debet puniri et
officiū debz amittere in auct. de questio.
§. si vero aliquis coll. vi. C. de epi. et cle.
l. memorati

Lex est q̄ matri non creditur si dicat fi
lium spurium in testamento nec ppter
hoc poterit ipsum exheredare licet faci
at aliquam presumptionem contra euz
ff. de pba. l. si. ff. de fal. l. qui falsuz §. i.
Lex est in ratione q̄ tabellio qui creat⁹
est per illum qui vniuersalem iurisdic
tionem et potestatem non limitatā habet
potest vbiqz cōficere instrumentū ff. de
excu. tu. l. non solū. §. qui testamēto ff.
ad l. rodi. de iac. l. de precatio

Lex allegatur q̄ si rex cōmittit alicui a
liquam rem seu causam q̄ ille cui cōmit
titur habeat seruire consuetudinem pa
trie in qua habet commissionem quod
est notabile in auct. de iudi. §. illo cas

stodiendo coll. vi.

Lex est q̄ si est facta vulgāis expressa
filio dato q̄ filius superuiuat pater in
chilominuz durat secus in pupillari ff.
de fideico l. coactis l. ancillam C. de pe.
Glo. est q̄ actor omnia proposita in lis
bello habebit probare ff. de execu. tu. l.
qui ex testamento

Glo. est q̄ clericus non possit coram iu
dice seculari conueniri in auct. vt omēs
iudi. obe. coll. v. super verbo subiacent
ff. de noxa. l. si. tex. est de iu. fi. in l. si. dem
q̄ in fi. in auct. habita C. ne fili⁹ p̄ pa.

Glo. est q̄ si tutor pupillā copulanda
in matrimonium aliquem acciperet q̄
non tenetur pupillo restituē ff. de neg.
g. l. qui siue vsuras circa fi.

Glo. est q̄ presumptio tollit presump
tionem de in iure. re. l. Dyuis super ver
bo extonatur de ritu. nup. l. non solum
circa principium

Glo. est q̄ quis compellitur esse aduo
catus reipub. sine salario C. de proxi. sa
cro. scri. l. n. li. xij.

Glo. est q̄ debitor fiscalis p̄t cedere bo
nis et carcerem euitare in l. i. pro so. §.

fi. licet glo. est ei cōtraria C. de exac. tri
bu. l. nemo li. p.

Glo. est q̄ rex potest indicere collectas
suis subditis pro filia maritāda et filio
milite faciendo C. de sacrosanc. ec. l. pla
cet super verbo exordinariam

Glo. est q̄ si clericus sit captus in curia
seculari et ibi fuerit aliqua acta facta
contra eum si postea fuerit requisitus p̄
Iudicem suum q̄ acta facta in curia se
culari rata maneant et tunc fidem faci
unt corā Iudice ecclesiastico C. de epi.
et cle. auct. cleric⁹ sup verbo posita per
episcopum Pro q̄ est tex. de testa. l. si
glo. q̄ dicit in calibus ff. allit illa regula
qui prior est tēpore potior est iure q̄a in
sex calibus in auct. de exac. tribu. ec. p̄n.

Glo. est q̄ ille qui admittit ad allegādy
causas al. sentie non tenet cauere in soli
dum ff. de regu. iu. l. nemo aliene rei

Glo. est q̄ illa que acq̄rit meretrici po
test recipē fiscus C. de legibus l. non dus
bium super v̄bo ex eo ff. de iu. fi. l. lucius

Lex est q̄ magna verecūdia est baroni
quādo amittit vexillum suuz et arma in
guerra Et per hunc tex. dicit q̄ nō debz

habere aliud vexillum nisi per arma res
cuperet ff. de rap. l. ij. ff. de re. mili. l. iij.
Leges sunt q̄ ordinarius potest
testi recusari impetrando rescriptū a p̄n
cipe ne conueniatur sub illo Iudice C.
de offi. pro con. et le. l. officium in fi.
Leges sunt q̄ Iudex ecclesiasticus potest
testi inuocare brachium seculare C. de
conuui. sa. in l. i. li. xij. in auct. de mo. §.
Lex est q̄ si rescriptum ab aliquo
aliquo impetretur et fit contra Jus cō
mune non valet nec Iudex ad quem di
rigitur debet obedire quūq; secunda ius
sio fiat sibi per principem C. si cōtra ius
vel utili. l. si. in auct. de nan. p̄n. iij. coll.
§. cōpetens vt omēs obe. iu. prou. §. et
vtro iubem⁹ C. de paga. l. sic et l. scrips
ta C. de sacro. sanc. ec. l. Iubemus in fi.
Lex allegatur q̄ si laycus facit iniuriā
clerico q̄ Iudex secularis non ecclesia
sticus cognoscat de ill' iniurijs C. de offi.
prefec. prezo. l. ordinario
Lex est q̄ si conueniam aliquem coram
aliquo Iudice et agam contra eundē in
alio iudicio q̄ ego amitto causam C. de
asser. tollen. l. i. in fi. C. de iurisdi. omni

Judi. l. in criminali

Glo. sunt que non sunt vere q̄ iuramē
tum calumpnie excusat quē ab expensis
soluendis insti. de pe. te. liti. §. i. in auct.
de iudi. §. apparet coll. vi. Casus est in
contrariū in auct. de trien. et se. in. coll.
§. studentium v̄ si eum

Glo. est q̄ officium cōmissorum seu exe
cutorum testamentorū transeunt ad he
redem ff. de tu. l. tutela

Glo. est q̄ gener non potest vocare so
crum in iudicio sine vema ff. de Inus
v. l. generaliter ar. ff. so. ma. l. quia pa
rentis quia instrumenta debent concor
dari cum prothocollo alias presumitur
suspectum instrumentū nisi concor. cum
prothocollo C. de fi. instru. l. contracto
in auct. de tabelli. §. fi.

Glo. est q̄ debita cōputantur inter im
mobilia quando pro re immobili deben
tur debita Quando ex re mobili compu
tantur debita inter mobilia in auct. de
nota. alie. §. i. coll. ij. super verbo quan
do cumq; commumeraanda

Glo. est quando citat̄ aliquis ad domuz
et ibi nullus inuenitur q̄ transcriptum

seu citatio debet in valuis seu porta do-
mus poni vel legi ante domu ff. de dāp.
infec. l. iij. §. toties super verbo libello
Glo. est q̄ si princeps mandauit alicui
q̄ puniret aliquem capitaliter q̄ intel-
ligitur amissione ciuitatis vel deportatis
omnis tantum C. ne iu. priua. man. l. i. que-
res vendi non po. l. fi. C. de epi. et cle. l.
si quis non dicam rapere
Glo. est q̄ subiecti debent iurare domi-
no q̄ parebunt et obedient ipsi ff. de re.
priua. l. non videtur. §. qui iussu
Glo. est q̄ iuramentum potest remitti p
partem ff. de ferns l. i. sup verbo valebit
Glo. est q̄ mulier non prefertur credi-
toribus nec habet priuilegium. l. assi-
duis C. qui po. in pig. habe. in dote con-
fessata per maritum sed in dote vendi-
ta bene C. qui possunt re. in domo con-
ducta inuito domino l. dominus qui a-
lio conuocat pro alio et pro eodem pre-
cio li. xi. C. loca l. nec et glo. loquendum
Lex est q̄ stilus curie est seruandus C.
de vete. iu. enu l. i. §. nullum v. sed si que
legis C. de fideiul. l. fi. §. de appellatione
l. Impator §. i.

Glo. est q̄ propter agnationē postumū
non rumpitur testamentum matris siue
patris sic C. de inoffi. te. l. in. in prima
glo. in sti. de exhere. libe. §. mater

Glo. sunt que intelligunt q̄ filio prete-
rito est testamētū nullum ipso iure ve-
rum est si filius vult et petit declarari a-
lias si filius non vult dicere nullum va-
leret ff. de iniusto. rup. testa. l. filio pre-
terito dele. p̄stan. l. hīs qui C. de inoffi.
testa. l. sanctimus

Glo. est q̄ quando vir expulit vxorē de
domo et postea si vult eam recuperare
oportet q̄ maritus iuret q̄ eā non peis-
ciet C. de hīs qui ad ec. confu. l. in. §. si
ne super verbo interueniente

Glo. est q̄ quando filius aut filia prete-
ritur a matre q̄ necesse est q̄ causa pre-
teritionis exprimat̄ur al̄s non valet ip-
so iure C. de inoffi. testa. l. filium et in
auct. vt cum de ap. cog. coll. viij.

Glo. est q̄ tacita pupillaris non excludit
matrem vt l. lucius ff. de vulga. ta-
men si substitutus velit probare q̄ tes-
tator voluit matrem excludere ex tacita
pupillari q̄ admittitur ad probationes

tantum q̄ si probauerit q̄ mater exclu
detur C. de impu. et alijs sub. l. precibus
C. de testa. mili. l. in testamento

Glo. est q̄ pater adoptiuus non tenet
alimentare filium adoptiuum insti. de
here. que ab intest. §. ad imponendum li
cet placentinus ibi conerarium dixerit

Glo. est q̄ sicut subiectus debet iurare
fidelitatem domino ita et e contra domi
nus subiecto ff. de aqua quotti. esti. l. i.

§. permittitur super verbo impetrabilis
in feu. de probi. feu. alie. p. et fredericum
c. Imperialē §. si super verbo sacramta

Glo. est q̄ sentēcia lata contra reum pri
cipalem non debet fieri executio contra
fideiussorem C. vbi de cri. agi. oppo. l. si.

Lex est q̄ si testator in suo testamento
faciat aliquem h̄ heredem et habeat vro
rem pregnantem et dicat in testamento
q̄ si aliqua michi nata sit filia v̄l filius
cui relinquo x. Post nate sunt due vel fi
lii duo q̄ quilibet habebit x. ff. de le. i. l.
qui filius §. i.

Tex. est cum glo. q̄ quando pater male
et per fraudem administrat bona filij et
decipit q̄ filius potest facere ei interdicti

administraconem et ab eo bona filij auf
ferri ff. de le. i. l. cum filio

Glo. est qd si testator dicat in primo te
stamento qd vult testamētum valere ita
qd non possit reuocari per aliquod aliud
testamentum et iurauerit qd etiā potest
penitere et aliud facere et valebit vlti
mum non obstante iuramento in feu. de
pa. te §. Item sacra. Nam iuramentum
contra bonos mores p̄stitutum non obli
gat ex de fo. cōpe. c. si diligenti C. de les
gibus l. non dubium

Glo. est qd fructus rei legate pure tenē
tur tradi morte testatoris legatario ff.
de le. n. l. alinus. q̄uis glo. videatur con
traria in l. luci⁹ locusta super verbo pt⁹
Et est tex. qd ymo a tpe lit cōtestate ve
munt ff. de le. i. l. q̄situm §. si. et dic vt ibi
Leges sūt qd legato tēperatōio vident
legate merces ibidem existentes et actē
te ff. de auro et ar. le. l. pediculus §. laz
beo ff. de fundo instruc. l. quesitū §. Itē
pompomius licet contra videatur et ma
le ff. de pig. l. cum taberna

Glo. est qd si ex processu nullo feratur
sentencia etiam sentēcie late pōt opponi

exceptio annullati processus ff. ad mace
do. l. cum si vero

Glo. sunt q̄ sicut actor habet petere cō
dempnari reum sibi ita reus habet ex
ceptionem suam se peti absolui ff. de ex
cep. l. i. de fideius. l. fideiussōes §. i. in glo.
deprecabuntur Et est textus. C. de lon
gi. temp. prescrip. l. emptor et talem ex
ceptionem debet opponere qua probata
sequatur solutio ff. de flu. l. i. §. ab eo. la
beo Et licet actō debet talem actionem
proponere qua probata sequatur con
dempnatio ff. de eden. l. i.

Leges sunt ubi actiones sunt annales
ad agendum perpetuantur ad excipien
dum vt ff. de hys que vi. me. ve cau. fi.
l. pupillus §. si. super verbo exceptio
Lex est q̄ si ciuitas villa vel vniuersitas
cōmiserit aliquod crimen pena pecunia
